

262.

~~262.~~

~~262.~~

408

la Cruz
D

Decorative floral stamp

UVA. BHSC

UVA.BHSC

~~232~~

~~157~~

99

230

Handwritten marks, possibly a signature or initials, located at the top center of the page.

Handwritten marks, possibly a signature or initials, located in the middle of the page.

~~342~~

~~457~~

~~99~~

642



[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

[Faint, illegible handwritten text]

Sectio 1^a. Dubia legata, que proprie
dicantur... fol. 2. b.

Sectio 2^a. De conjecturis quibus
dubia legata interpretantur. fol. 24. b.

Sectio 3^a. De defectu legati debij.
deficientibus? conjecturis... f. 66.



4

Decretum 1^o de heredes legatorum per quosdam
 de consuetudine... fol. 2. d.
 Decretum 2^o de consuetudine...
 de heredes legatorum... fol. 24. d.
 Decretum 3^o de heredes legatorum...
 de consuetudine... fol. 25. d.



Academicus tractatus de Legatis dubijs circa Res.

D. Serna Junior.

Dixit eleganter ille scintillanti genio legum indagator Goffredus in l. Prædia. 27. §. Liberto. ff. de fundo in-
structo, non esse subtile tradere obicura, sed obscura præ-
ferre esse subtile. Nos, qui dubia, et ni fallimur, subtiliora
ximamus, lucem in obicuriitate, non obicuriitatem in luce
affectamus. Et quidem expulchranti Viridarij legali plagam
floisculum de dubijs legatis circa res selegimus hucique
ab academica manu immunem, imò et à titulo; nam qui
circumfertur in Infortiatio de Rebus dubijs potius ad
personas, quam ad res legatas expectat. Inficiabitur nemo
esse obtrusiozem Iuris partem, et quam ipsi Iuris Cui per
antehonomariam Dubiam appellarunt. Cætera namque lega-
torum elementa, et vobis nota, et à primarijs antecessoribus
preoccupata sunt, quociam pudet gloria aliorum molimur
na, veluti ignavia quadam tractari: id Veriam extorquet,
quod in eo, ut alter canebat: Non gloria nobis causa,
sed officium, utilitatisque fuit.

¶

Dubia res, quæ ad nos, vel Res dubia quæ
cum de Voluntate testantis statim, et liquido non constat, dicatur.
ut propter rei ambiguitatem, aut ob multifariam Verbi
significationem, exempli causa, testator, qui duos fundos
Cornelianos habebat, fundum Cornelianum legat. iuxta
speciem l. 36. §. 6. de leg. 1. In hac specie respectu testantis
certa Voluntas est; sed quia nomen fundi de quoque potest
Verificari, dicatur legatum dubium. Simile exemplum de-
duci queit ex l. 32. §. 1. ff. eodem, et alia ex l. Nummi. 15.

de leg. 3. l. 43. §. ult. de leg. 2. l. 14. §. 4. l. 50. §. ult. de leg. 1. §. 2. Scio,
quod ipsa voce Dubij, seu Ambigua, et obicuri legati è lato-
more mortalium, quorum qui vellet ingenio cedere, rarus erit,
Vana placita sunt. Affirmant fere omnes scriptores, dubium,
seu ambiguum legatum ab obicuro differre, et in quo diffe-
rant, distadantur. Accurrit, et eum secuti Fulgorius, et
Paulus Cassianus in l. 39. de Pactis in hoc differre emitti-
mant, quod obicuritas sit in dictione, quæ plures habet sig-
nificationes, ambiguitas vero in oratione, quæ pluribus modis
potest intelligi, quod nullo testimonio probatur, imò est idem
per idem; Nam pluribus modis posse intelligi orationem potest ex
hoc contingere, quod dicitur plures habeat significationes: q. in effec-
tu idem est unum ac alterum. Aliter Alciatus in l. Nepos
Procule de Verb. Sign. aliter Albericus in l. 19. de Leg. qui omnes
ad has commentarias differentias abutuntur l. In ambiguo. 3.
l. 12. de Rebus dubijs. l. In ambiguo. 19. de legib. l. 16. de Rebus dub.
l. Quasiens. 80. de Verb. Oblig. l. In obicuri. 9. l. 96. de Reg. Iuris
quæ, ut certum fatear, talia non probant; Nam in d. l. 3.
tantum dicitur, quod in ambiguo legato sunt, Verumque
dicimus, et in ceteris Iuris tantum docetur, quod am-
bigua vox legis, ambigua stipulatio, ambigua dispositio in-
ficiendæ sunt ea interpretatione, qua vitio careant, et qua
actus potius subsistant, quam pereant, sed quod hoc habet
commune cum probatione superiorum differentiarum. Unde eos
merito rejiciunt Aurelius David de Verb. Signif. cap. 5.
num. 10. Gallimus eod. lib. cap. 11. Cardinalis Mantica lib. 1.
de Taciti conjecturis tit. 15. Angelus Matheacius de Via, et
Ratione Iuris lib. 2. cap. 3. et 4. et ad præxim plures commu-
tans Carrillo lib. 1. Controvers. cap. 1. Communiter magis alij
docent, quod obicurum legatum sit, quod nullam recipit
facile interpretationem, id est quod sensum habet nullum,
ambiguum vero, in quo plura se ostendunt, quorum quid
potius

Ex eo q. hæret præ-
ter minimum, n.
sequitur reg. l. 43.
§. 1. de leg. 1. Ratio
est, q. hujusmodi
Voluntati declara-
tio respicit Execu-
tionem legati, n. eius
substantiam. n. et
partem tr. in l. 7.
§. 1. de Rebus dub. ubi
Donell. qui expli-
cat l. 2. §. Scavo-
la. de eo quod certo
loco.

potius accipiendum sit, ignoratur, ut eleganter Augustinus cre-
 bat in principio Dialecticæ cap. 8. Sive ut nostri loquuntur, du-
 bium, et obicure loquitur, qui veram rem senserit, obicureque quid
 senserit, dubitatur, ut docent Casarius in d. l. 39. ubi Curac,
 et Faber. Corranus in l. 19. de Leg. Dionysius Gothofr. in l. 34.
 de Contrah. empt. Duaren. de Leg. cap. 7. Mothom. lib. 2. Respons.
 cap. 10. Osmald. lib. 1. cap. 15. lit. B. Ego, quidquid sit de rigore
 Latino vocum, firmiter teneo ex Iure eadem differentiam
 non probari, imò pro eodem accipi, quod noviter evinco ex
 Vulgari l. In obicuri. 9. ff. de Reg. Iur. ubi docetur, quod in
 obicuri dispositionibus semper id, quod minimum est, sequi-
 mur, id est, semper debitor minimum præstando liberatur.
 Nunc sic: Minimum præstari denotat validam esse dispo-
 sitionem, ut in specie l. 50. §. Ult. de leg. 1. l. 15. de leg. 3. et
 nihilominus d. lex 9. loquitur de obicuri: q. quia obicuri
 non sunt, quæ nullum sensum habent, alioquin nihil
 præstaretur. l. 2. de hi. quæ pro n. script. Clarius hoc evin-
 ci potest ex l. 22. §. Ult. ff. de fideicom. libert. ibi: Ne du-
 bium, et obicurum esset, cuius libertas foret. En dubium, et
 obicurum pro eodem accipi: q. commentaria est superior dif-
 ferentia. Idem deduci queit ex l. Veteribus. 39. de Pactis,
 ibi: Pactionem obicuram, vel ambiguam, Venditori, vel loca-
 tori nocere, qui legem dixerunt contractui. En ubi quamvis
 disiunctiva vel utatur Papin. tamen in effectu dictionis
 pro eodem accipit obicurum, et dubium (iuncta l. 21. et 34.
 de Contrah. empt. et hi. qui præter Curac. et Fabr. in
 ea notarunt Petr. Faber in l. 182. de Reg. Iur. Mera lib. 3.
 Var. cap. 16. num. 3. et 7. Castro de Contrah. empt. prælu. 3.
 num. 158. Larrategui lib. 5. select. cap. 9. D. Retei. 4. opusculor.
 cap. 24. num. 21.) Tandem hoc subtilius potest evinci ex
 l. Ita fidei. 40. de Iure fici. Quærit Paulus, Verum tacitum
 fideicommissum relictum incapaci credatur. x. l. 103. de
 leg. 1. quando testator hac formula utitur. Rogo, fundum

l. 9. de R. I.

l. 22. §. Ult. ff. de fideicom. libert.

Tertio des, de quo te rogari. Et quamvis prima facie ro-
gandum videbatur ex eo, quod palam reliquisset in testam.
quo casu tacitum fideicommissum non est iuxta l. 3. de
Iure fidei. l. 10. de his quibus ut indign. iuncti adducti à
Cuiacio in ea; Amaya in l. 1. C. de Delator. num. 4. Ra-
moi in l. 83. de acquir. hæred. num. 8. nihilominus docet
Paulus, tacitum fideicommissum esse, et fisco vindicari ex eo,
quod quamvis aperte fundum nominaverit, non potest cog-
noscere, de quo sit rogatus, huius adjectivi Verbi Cum diveritas
Verum obicuum faciat legatum: ergo obicuum dicitur,
in quo non deficit voluntas, sed tantum datur incertitu-
do ex Verum diveritate: sed quod ex sola diveritate Ve-
rum expurgit, ambiguitas appellatur legatum dubium. d.
Exprensia Iura in l. 32. §. 1. l. 39. §. 6. de leg. 1. ergo g. in Iure
non differunt. Idem probat caput ultimum de Constitution.
ut proinde recte doceat Pancirolo lib. 2. Variar. cap. 101.
tam obicura quam ambigua legata sub dubio comprehendit,
et Castillo lib. 4. Controvers. cap. 4. n. 15. hanc differentiam
plus curiositati, quam utilitati habere. Unde et nos pro-
mucue huius Vocibus utemur, nec immorari amplius in no-
mine licet.

Sectio prima.

Dubia legata quæ proprie dicantur.

Num. 1. Legatorum, quæ in testam. continentur, quædam
De dubijs le-
gatis, quæ expli-
cari n. possunt.
ita dubia sunt, ut nulla ratione explicari, id est ad cer-
titudinem redigi queant, quædam quæ cum de certa re
testator senierit, tamen de ea ex accidenti non appa-
ret, ut propter ambigua testatoris Verba, aut rei ipsius
dubietatem; sed tamen conjecturis, aut huius deficientibus

minime præstatione possunt explicari. In ambiguitate primi ca-
 sus certum est, ita dubia legata esse, ut certificari nequeant
 conjecturæ, aut minime præstatione pro non scriptis haberi,
 pene hæredemque remanere ex definitione Alpheni in l. quæ
 in testam. 2. de huius quæ pro non script. hab. iisdem verbis à
 Quinto Murio expressa in l. 13. §. 3. de Reg. Iur. et facit ab
 Argum. lex 1. §. 2. de huius quæ in testam. del. licet proprie ad
 titulum de huius quæ in testam. delentur, non pertineat Regu-
 la d. l. 13. §. 3. quod perperam voluit Accursius in ea, Rejec-
 tus à Goffredo in d. l. 13. ex eo, quod hæc scripta legi possunt,
 sed explicari nequeunt, ibi: ne legi possunt. et facit etiam
 lex 11. §. Prescribere. de In iudicia act. l. 6. §. 11. de Bonor. Explic. §. 4. de
 possession. quod indicant potius quam docent Goffredus, et Cu-
 riat. in Rubrica de Verbis dubijs. Exempla, ut examini secer-
 namus, peti possunt ex l. 1. de Verbis dubijs. Si testator relin-
 quat fideicommissum non adjecta persona, cui præstandum
 esset nullum est, quia dubietas nequit explicari coniec-
 turæ, quod idem in hæredis institutione locum habet. x.
 Regulam l. 9. §. 9. cum sequenti. l. 62. §. 1. de hæredib. instit. §. 9. §. 9. cum l. 9. §. 9.
 Ulpianus in fragm. tit. 22. §. 4. et in legato hoc idem cons-
 tat ex l. qui plures. 18. de Vusu. leg. l. si iic. 15. §. 1. de leg. 1. §. 62. §. 1. de hæred.
 leg. 1. et solet adduci lex si ita. 126. §. Chirogonus de de V. O. §. 126. §. Chirogonus
 verb. oblig. sed certe nihil probant, ut notant Accursius, et
 subtili Goffred. in d. l. 5. seu 1. in alijs. de Verbis dub. Da-
 nell. lib. 5. Comment. cap. 20. ubi Onualdus lit. C. et in d. l. 4.
 4. Merillus lib. 2. observat. cap. 5. Nec obstat, quod servus
 legatarius decem dare, cuius non expressa persona, cui
 præstanda essent, adimplet præstando hæredi. x. elegan-
 tia Iura in l. 8. 21. v. Veluti. 22. de Statu lib. En ubi non
 exprimitur persona, cui quantitas danda, et nihilomi-
 nus hæredi præstanda exiitum habet liberti legatum.
 ergo exiitum similiter habere debet fideicommissum in

§. 2. de huius quæ p
 n. script. hab.

Explic. §. 4. de
 Verbis dub. cum l. 9.
 19. 22. de Verbis dub.

§. 9. §. 9. cum l. 9. §. 9.
 §. 62. §. 1. de hæred.
 §. 18. de Vusu.
 §. 15. §. 1. de leg. 1.
 §. 126. §. Chirogonus
 de de V. O.

d. l. 4. et si persona fideicommissaria non exprimat. Vera in
hac difficultate est solutio Bartholi, quam sequitur Glona in
d. l. 4. nec longe Goffredus in ea. Gomez lib. 1. Variar. cap. 12.
num. 45. in fine, nempe quod licet materialiter persona
expressa non sit in d. l. 8. cum similibus, tamen a Iure
pro certa habetur, et ubi intelligitur persona heredi ex
relatione precisa incommoda, et lucra; nam in casu con-
trario si testator iubeat aliquid Iure preitari, et non
exprimat personam, a qua ad prestandum heredi grava-
tur ad hoc intelligitur. iuxta elegantem tom. in l. 108.
S. 14. de leg. 1. Similiter ergo in casu contrario dici debet
conditionem simplicem dandi adjectam legatario, in he-
rede adimpleri, ne alioquin damno affectui prestatio-
nis sine lucro acceptioni remaneret, ut subtiliter Gof-
fredus ait, et conducit Menochius lib. 4. de Præsumption.

l. 108. S. 14. de
leg. 1.

l. 14. C. de fe-
dercomm.

præsumpt. 10. num. 5. Solet etiam opponi lex 14. Cod. de
fideicommiss. cum reliquis adductis a Donello lib. 7. cap.
20. et ibi Osualdo tit. C. in quibus eodem modo nulla
expressa persona, a qua legata, et fideicommissa prestan-
da sunt, heredes instituti, aut legitimi gravari intelligen-
tur; iunctis pro interpretatione d. l. 14. ad aliud Ba-
chorio lib. 4. declarat. 58. Goveano lib. 1. Variar. cap. 1. Dua-
reno lib. 2. disput. 15. Syclama lib. 1. membran. eccl. 1. Os-
ualdo lib. 7. cap. 18. tit. f. Sed respondendum eam esse
differentiam inter nomen heredi non expressum, et
nomen fideicommissarii omnium, quod illo casu questio
Iuri est, et quippe aperte constat, fideicommissum esse
onus heredis. l. 2. C. de Leg. at hoc casu et questio facti,
et Voluntari, que nulla expressa persona explicari ne-
quit, et ita non tam dubium, quam aperte nullum fidei-

fideicommissum est in specie d. l. 1. Accedit superior Re-
 gula, quod admodum quo sentit lucrum hares in condi-
 tione dandi d. l. 8. cum supra adducti de statu lib. ita et
 incommodum praestationi debuit subitineri in specie d.
 l. 11. iuncta l. 108. §. 11. de leg. 1. et nominatum aliquid
 relinqui, non solum id dicitur, quod materialiter expri-
 mitur, sed etiam quod conjecturari, aut praeepto Iuris
 potest delineari. l. 9. §. 3. de hered. instit. l. Nominatum.
 §. de leg. 3. l. 69. in secundo responso de leg. 2. iuncta
 ponderatione Donelli in l. 1. de Rebus dubijs.

N. 2.

Ad hanc primi casus
 clavem pertinent etiam species l. Si quis. 2. iuncta
 l. 10. in fine principij de Reb. dub. l. 31. de manumissi-
 tam. in quibus si de pluribus servi unum manumitti
 velis testator, nec appareat de quo manumittendo senserit,
 nulli eorum competit libertas. Ratio clara provenit ex
 superiori principio, quia dubium, quod continet talis
 libertatis dispositio, explicari, et certificari nequit con-
 jecturari, et ita pro non scripto habetur ex reg. l. 2.
 de his quae pro n. script. l. 30. de testam. tutela, iuncta
 l. 3. de reb. dub. n. 5. fa-
 cit elegant. tra. in
 l. 34. de Vusu. cum
 doctrina Cuiacij
 in l. 10. de Reg. iur.
 Petri. Fabri. in l. 56.
 Olano lib. 2. Paralipom. cap. 11. Sed obstat elegant. tra. cod. tit.
 in l. Cum. 11. Cod. de fideicommiss. libert. ibi testator
 servo posthumo in Vtero exsistenti libertatem relinquit,
 plures servi ex uno partu nati fuerunt, quaeritur, an
 nulli, an uni, et cui, an omnibus competat liber-
 tas? Respondet Iustin. omnibus libertatem compe-
 tere. En ubi libertatem uni tantum praestare voluit,
 ut in d. l. 10. et 28. et tamen quamvis detur dubium,

De dicta l. 2.
 intellig. cum
 aliji. Vidend.
 Ortega ad Sabcon.
 in l. 11. de hered.
 vend. n. 22. et 23.
 iuncta l. 31. de
 Stipulat. serv. Ra-
 tionem differ. praes-
 tationis. Goffred. in l. 3.
 de reb. dub. n. 5. fa-
 cit elegant. tra. in
 l. 34. de Vusu. cum
 doctrina Cuiacij
 in l. 10. de Reg. iur.
 Petri. Fabri. in l. 56.
 cod. tit.

§. 17. §. Si hæres
de leg. 2^o

quod explicari non potest, non habetur pro non scripto
legatum, sed omnibus competit libertas: q^o falsum est su-
perius principium. Augeretur difficultas ex l. 47. §. Si hæres
de leg. 2^o. Vbi si testator decem dare iubeat uni ex libertis,
et non dicat, cui danda sint, omnibus libertis decem
præstantur. Si hoc ita, cui in superioribus speciebus uni
relicta libertate, omnibus non competit? habere præ man-
bu hæc Iura cum l. 16. C. de fideicommissis. libert. Anton.
Faber in Papin. tit. 4. p^o 3. i. Lat. 3. Raquellus in d. l.
14. et 16. et meminit d. l. 47. quod ad præxim Anton.
Gomez lib. 1. cap. 12. num. 19. Sed nisi fallor medellam diffi-
cultati non præstant. Sed respondendum est, quod ideo
in d. l. 14. omnibus servis nati competit libertas, quia
testator non fecit relationem ad unum servum de-
pluribus; Nam plures uno partu edi infrequens est.
l. 7. hoc tit. l. 3. Si p^o hæredit. Sed fecit mentionem
unius servi in utero existentis cum præcia relatione
ad partum, et cum hæc relatio verificetur in pluribus
uno actu nati, nihil mirum quod omnibus competat
libertas, quia ex relatione deprimatur testantis vo-
luntas, et unita considerata cum relatione, que con-
venit pluribus, facit, ut plures loco unius habeantur,
quod, nisi fallor, dicere voluit, licet obiter Goffredus
in d. l. 28. at in superioribus Iuribus datur incertitudo
inexplicabili, quia omnes exitebant, et uni tantum
relinquit, et deficit aliqua relatio ad certifican-
dam personam; Unde nihil mirum, quod nulli com-
petat libertas. argum. l. 30. de testam. tutela. l. 62. de
hæred. instit. et ad d. l. 47. §. Si hæres, omnia solutio-
ne Goffredi respondeo, quod ibi agebatur de quantitate
divisibili inter plures, et in qua exitum habere po-
terat

testat voluntas cuiuslibet prestando pro rata; at in d.
 l. 10. et 28. et in l. 31. de manumissis testam. agebatur de
 una libertate relicta uni solum seruo, et cum indivisi-
 bilis sit, nec pluribus prestandi potest, quia dividi nequit,
 nec omnibus, quia testator unam libertatem, non plu-
 rei relinquit. Sed adhuc obitat elegans tibi. in l. 18. de
 Virg. leg. cuius comminationem omittunt Auctores, ibi
 habitationes relinquit testator libertis, quos designa-
 sset, nulli postea designavit, quantum fuit an om-
 nibus, an nulli propter incertitudinem habitatio de-
 beretur? Et respondet Cuius, nulli habitationem de-
 beri propter incertitudinem, ex quo sic argui potest.
 Hic habitatio potuit omnibus libertis prestandi, et sic
 exitum habere legatum, ut in d. l. 11. §. Si haer. et.
 tamen adeo potens est ratio incertitudinis, ut nulli
 debeat habitatio: q. similiter adeo potens esse debuit
 ratio incertitudinis in d. l. 11. ut nulli libertorum
 quantitas debeat. Sed omnino varijs solutionibus, res-
 pondendum est cum Goffredo, magnam esse rationem
 differentiae inter unam, et alteram speciem; nam in
 d. l. 18. voluntas non fuit completa, nec designata per-
 sonae; nam testator dixit: Libertis, quos designavero,
 et ita relinquit sub conditione designationis. argum.
 l. 6. de leg. 1. et cum designati non fuerint, manet le-
 gatum sine personis, et ut subtiliter ipse ait, perinde est
 ac si solum dixisset: habitationem relinquo non ex-
 pressa persona, cui prestanda, quo casu aperte nulla est
 dispositio. iuxta reg. l. 1. de reb. dub. at in d. l. 11. Volun-
 tas completa est tam circa rem quam circa personam;
 Nam uni de libertis affirmativè relinquit sine aliqua

§. 18. de Virg.
 leg.

Conditione, et tantum ignoratus, cui gratandum, et cum hoc explicari possit divina quantitate pro rata inter omnes liberos mirum non est, quod legatum substituat, ut eleganter latius Ratiocinatur ipse Goffredus in d. l. 11. §. Si hærede.

N^o 3.

De intellig. d.
l. 10. de reb. dub.

Aliud exemplum deum poterit ex l. 10. de Rebus dub. nempe si legatum relictum fuerit ei, qui ex cognati testatoris primum Caputulum ascenderit, et duo pariter ascendant, neutri debetur legatum, Vel ei, qui primum monumentum fecerit, et duo pariter faciant, Vel testatoris amico, et sint duo equaliter amici, Vel Titio, et sint duo eiusdem nominis, his caribus neutri debetur legatum propter incertitudinem personæ ita explicabilem iuxta superius principium, q. qui uni legat, vult, ut ipse solus ferat legatum: q. si duo concurrant, propter incertitudinem neutri debetur, nec vindicari potest, quia non apparet, nec duobus, quia testator hoc non voluit: Testat ergo nullum esse legatum. argum. l. 30. de testam. tutela. l. 16. ff. Ut legator. nom. cav. l. 62. de hæred. instit. l. falsa. 33. §. 1. de Cond. et Dem. Nec l. 9. de Reb. dub. Obstat lex d. de Reb. dub. ubi si substitutio fiat impuberis, qui supremus moriatur, et duo pariter impuberes eodem facto pereant ignorata prioritate mortis, nihilominus hæreditas ad substitutum pertinet; et tamen datur positiva incertitudinis ratio: q. similiter non obitante incertitudine, debuit substitui legatum in speciebus d. l. 10. Sed facilius, et nota evanescit; quia in d. l. 9. Voluntas certitudinem habet ex eo, quod cum novissimo substituat, id est ultimo decedenti, supponit hæreditatem unius fratris ad alterum expectare, et quamvis prioritas ignoretur, tamen certum est, novissimum fratrem impubere totam hæreditatem habuisse, cum statim ac primus decederit, ex providentia legis ab intestato ad

Alterum personarum, et ita Verificatus casus substitutio-
 nis; at in d. l. 10. Voluntas certitudinem non habet, q. uni
 legando vult, ut solus habeat, et solus dici non potest, qui
 ignoratur, quis sit, ita cum iudicio docent Goffredus, Do-
 nell. et Cuiac. in d. l. 10. Costa in cap. Si pater. 1. parte
 Veri. Pauperes. n. 13. et de Patruo, et Nepote. 2. parte. n. 25.
 Faber lib. 20. Conject. cap. 4. Botes lib. 1. opuscul. cap. 5. n. 10.
 et facit Amaya in l. 1. Cod. de Iure fisci. n. 46. Nec
 obicit lex. 39. §. 6. ubi legato fundo Corneliano, cum duo
 sint eiusdem nominis, licet detur incertitudo ex parte
 rei, tamen validum est legatum, et hi fundum defi-
 cientibus conjecturis debetur, quem haeres elegerit. q.
 similiter et si detur incertitudo personarum validum
 esse debet legatum, quia haeres pariter potest eligere,
 cui dat. Sed respondendum, quod in d. l. 39. §. 6. licet
 detur incertitudo ex nomine univoco fundorum, si
 datur incertitudo ex lege; Nam in legatu dubijs
 manifestum principium est, quod deficientibus con-
 jecturis minimum praeratur, id est quod haeres ele-
 gerit. ex reg. l. 14. l. 50. §. 1. de leg. 1. l. 15. de leg. 3.
 l. 9. de Reg. Iur. cum pluribus infra referendis; at in
 d. l. 10. non solum deficit Regula certitudinis testantis,
 sed etiam a lege incertum reputatur; quare deficit
 Regula ad certificandum, cui praerandum est, cum
 Ratio meriti considerari a testatore aequali sit in
 ascendentes aequaliter Caputolum, ut non longe
 considerant Goffredus, et Donellus in d. l. 10. Nec di-
 cas, utriusque praerandum in d. l. 10. Exemplo Scipionis
 Africani, qui praemium promissum militi primo scan-
 denti murum, duobus simul ascendentes praeratur, ut

Quid erit dicen-
 dum, si fingas in
 d. l. 39. §. 6. ita
 testatorem legasse
 fundum Corne-
 lianum, aut Sem-
 pronianum non-
 ne si eligat Cor-
 nelianum, Veri-
 ficabitur legatum
 in minimo, aut
 maximo? Resp.
 conjecturam de-
 sumi ex Valore
 Semproniani, ita
 ut ex distantia
 pecuniae interpre-
 tetur. Donell. in
 l. 1. de Reb. dub.
 obicit Pauli locus
 3. Sent. §. Legatum,
 ubi Cuiac. refert
 in l. 10. §. 1. de ann.
 leg. l. 69. §. 9. de
 Iure dot. Existi-
 mo mentem Pau-
 li eam esse, q. sit
 legatum incertis
 personis relictum,
 et ideo inurila. §.
 25. de Leg. et rei
 incerta, quae non
 habet limites a
 naa, ut in l. 69.
 §. 4. aseruit, et
 communiter in
 §. 22. de Leg. Cuss.
 in l. 13. et 30. de
 leg. 1.

ex Titio Syrio referunt Alciatus lib. 9. Parerg. cap. 10.
Gentili in l. 92. de Verbor. Signif. Nam ibi liberalitas fu-
it, et exemplum militare alliciens alios ad egregia pa-
trianda molimina cum utilitate Republicae, at in d. l. 10.
et si legatum liberalitas sit, non datur ratio exempli, nec
invitationis causa, ex qua publica utilitas possit resultare,

Dico in d. l. 8.
S. 3. ex eo q. hæres
paratus est,
intelligitur vo-
luisse donare, q.
ad hoc nulla obli-
gatio urgebat,
ut in alia spe-
cie docent Inter-
pretos relati in
cap. 3. n. 1. in fine.

et duplici præstatione gravatus hæres non creditur. l. 14.
cum alij de leg. 1. Nec obicitur pariter lex d. l. 8. S. 3. de leg. 2.
ubi relicto legato Titio cum euenit duo eiusdem nomi-
nis, aiebat ei Titio præstandum legatum, quem hæres ele-
gerit: q. n. potest dici incertitudo, aut dubium in d. l. 8.
10. cum mediâ electione hæredi potest certificari persona.
Sed respondendum, quod in d. l. 8. S. 3. cogitur præcisè hæres
unum eligere, sed tantum dicitur quod si velit præstare
id, ad quod non tenebatur, possit hoc facere mediante elec-
tione, quod supposita hæredi voluntate non negaretur d.
l. 10. Vno verbo d. l. 10. cum similibus loquitur attenda ne-
cessitate at d. l. 8. S. 3. supposita voluntate hæredi, qualiter
respondent Accurs. in utroque loco. Goffred. d. l. 8. S. 3. Cu-
iac. in l. 3. S. 1. de leg. 1. et conducit Molina de Primog.
cap. 8. num. 38. et probatur ex lit. ibi: Et paratus sit hæres:

De conciliat. d.
l. 1. S. 1. de leg. 1.
cum l. 1. S. 1. Si
hæres de leg. 2.
Donell. 8. ep. 28.
et in l. 10. de reb.
dub. facit doc-
trina Gometij. 4.
ep. 12. n. 18. et 19.
Pro intellig. l.
13. S. 1. de reb. dub.
Goffred. in l. 3. ed.
n. 6. et 7. qui tot
summè difficilis
est. Donell. in l. 1.
S. 1. de reb. dubij.

q. si paratus n. sit, n. cogitur: q. procedit supposita Volun-
tate. Nec remoratur etiam lex Qui filiabus. 17. de leg. 1. S. 1.
ubi relicto filiis, et si plures sint, quarum intuitu du-
bitas ponet exoriri, tamen omnibus præstatur: q. si mili-
ter dici debuit in d. l. 10. cum supra adductis. Sed res-
pondendum hoc ideo provenire, quia ibi simpliciter fi-
lius relinquit, quod nomen cum cuiusque filie con-
ueniat, nihil mirum, quod omnibus præstetur, quali-
ter responderet Donell. in d. l. 10. Sed falsio; nam ne di-
ceremus, legato Titio relicto omnibus Titij debent, quia
in unoquoque verificatur nomen. contra Regulam d. l. 10. l.
30. de testam. tutela cum alij. Quare melius responderet

Rogeriū antiquus, et postea Gomez. v. Vaxiar. cap. 12. n. 19
quod ideo in d. 5. to. omnibus filiabus debetur, quia unus
est tertiorum particula distributiva Siqua filia mihi nasci-
tua, quæ verificatur in pluribus, et nec ad unam restringit,
nec cæteras excludit. Accedit ratio considerata à Goffredo
in l. 17. §. 4. de leg. 2. et in l. 28. de reb. dub. pro solutione.
l. 14. C. de fideicommissar. libertat. quam superiori num. pon-
deravimus, nempe quod propter terminum relationis qui
natus est, competit pluribus libertat in d. l. 14. Sed idem
terminus relationis cernitur in d. l. 17. §. 4. ergo mirum n̄
est, quod omnibus præstetur. Tandem solet opponi lex 10.
Veri. Vlt. de reb. dub. Ait Cui, quod si legatum relictum
sit duobus Sempronij, et exportato uno Sempronio adi-
matur, quamvis non constet, cui ademptum sit, nihilo-
minus valet ademptio respectu utriusque Sempronij: q̄
multo magis datio legati non obstat in incertitudine
debit in utroque subintere. Hinc decisioni ex diamete-
tro contraria est lex 3. §. 1. de adim. leg. ubi in eadem
specie asertit ipse Cui, ademptionem in nullius persona
subintere propter incertitudinem. Varia respondent an-
tiqui, et emendat litteram d. l. 10. Donellus in ea, ali-
ter confusè, et late solvit Goffredus in d. l. 10. num. 6.
Vique ad 25. qua in re verior est sententia Curacij in
l. 37. §. 1. de leg. 1. qui ait, quod in d. l. 10. duobus Sempro-
niji res conjunctim relicta fuerit, Verbi gratia Sempronio,
et Sempronio fundum lego; Unde quamvis uno tantum
adimat, ambobus cenetur ademptum propter conjunctio-
nem consideratam, in dando argum. l. 3. in prio. de adim.
leg. at in d. l. 3. §. 1. Separatim res fuit relicta, Titio dimi-
dia fundi, altera dimidia Titio; Unde si Titio adimat, dante Glossa
cum non constet, cui ademptum in neutro, et optio subintere Accursij.

§. 10. Vlt. de reb. dub.

§. 3. §. 1. de adim. leg.

quia quos non coniunxit in dando, non intelligitur con-
iungi in adimendo; quare stante incertitudine, ut
non subicitur datio, non subicitur pariter ademptio.

N. 4.

Sunt etiam huius clausulae lega-
ta incertis personis relicta, attento effectu, licet n. ratione;
Nam a superioribus dicitur in eo, quod hoc casu etiam tes-
tator incerta est persona, et potest certificari; at in superio-
ri certa est persona testanti, et non potest certificari, ut
elegantem dicitur Goffredus in l. 5. de Reb. dub. n. 8.
haec enim legata incertis personis relicta olim nulla
erant, ut exempli Iustin. §. Incertis. 25. Instit. de leg.

Qui filium suum filiae meae primum nuptias collocave-
rit, vel qui prius indulgentiam exilij mihi a Principe
impetraverit, huiusmodi, et alij incertae personae relictae
dicebantur, et non subiciebantur dationi, vulgata Iuxa in
l. 6. l. 11. l. 15. l. 27. de Reb. dub. Ulpianus tit. 24. §. Incertae.
Paulus lib. 3. Sentent. tit. 6. §. 13. l. 19. §. 4. de Iure dotium.
d. §. Incertis. Instit. de leg. argum. l. 9. §. hæres. de hered.

l. 3. de Reb. dub. tangemus, ne magis propria omittamus. Et primo obicit
lex 3. de Reb. dub. ubi conditio dandi potest adimpleri
tam dando certa, quam incertae personae: q. similiter
legatum. Respondendum est, quod Verbum Incertae in d.
l. 3. intelligendum est de materiali incertitudine, n.
Verò ex leg. Nam datio facienda est heredi. n. l. 8. 21.
et 22. de Statu lib. cum adducti Num. 4. et ita incerta
persona dici nequit. pro qua Videndi sunt Goffred. in l. 5.
eod. Merill. 2. obier. cap. 5. = Secundo Opponitur lex 14. de
l. 14. de Reb. dub. iuncta l. 3. Cod. Theodosi. de Tertam. ubi relictae
signatoribus testam. subicitur, etiam incertae personae sint.

Pro curis solutione varia congerunt Donellus in ea. Ma-
 ssius lib. 6. Singularium. cap. 18. num. 7. Vera solutio est, quod
 Signatorum certi sunt, quia tunc valet testam^{um}, et queritur
 de validitate legati, cum iam signatum est, et tunc tem-
 poris testes signantes intervenient, non sunt incerti,
 sed antea certificati, ita recte respondet Curia. in d. l. 6.
 14. Goffred. et ibi Bachov. in §. 25. Instit. de Leg. = §. 30. l. 5. de reb. dub.
 ter opponi lex. 5. de reb. dub. ubi relicto fideicommissio ei,
 qui ex heredibus nominatus amicus, seu legatarius prius
 restitutionem, et indulgentiam a Principe impetraverit
 testanti, debetur non solum, si unum ex nominatis conie-
 quatur, sed etiam siquis alium ex amicis; et tamen in-
 certa persona sunt amici non designati. §. 88. Variè
 respondent Accurs. Donell. in ea, Bachov. et Vinn. in d.
 §. 26. Instit. de Leg. Vera est solutio Goffredi, quod in
 d. l. 5. duplex fuit nominatio amicorum, una eorum, qui-
 bus legata relinquunt, altera eorum, quos tantum enun-
 ciavit legata non relinquens, sed de hiis secundum intelli-
 genda sunt Verba Sive alius; Unde mixtum non est, le-
 gatum valere, quia non sunt omnino incerte personæ
 sed incerte de certis, quibus valide relinquebantur le-
 gata. l. Si cognatus. 19. iuncta l. 10. eodem. d. §. 26. Inst.
 de Leg. = Nec obstat l. 62. §. 1. de hered. instit. quia ad- l. 62. §. 1. de her-
red. inst.
 tante probatione amicitia incertum, aut dubium dici
 nequit testanti iudicium, et ita valet institutio, ut
 recte notat Bachov. in d. §. 26. et conducit in notum ad
 Dreutler. Volum. 2. dup. 13. et her. 2. l. 1. C. ubi agit de
 intellectu l. 24. et 28. C. de Episcop. et Clericis, et faciunt
 Corta in cap. Si pater, Verbo Pauperes. a num. 4. Oinald. lib. 8. l. 20. l. 51. de ma-
num. tit.
 cap. 6. l. 1. C. Oroz lib. 4. de apicib. cap. 7. num. 12. Et de intellectu
 l. 20. l. 51. de manum. testam. Videndus eleganter agens

Oiano lib. 2. Paralipom. cap. 10. per totum. Sed cum ex cons-
 titutione Iustiniani, cuius mentionem facit in d. 5. 25. de
 Legatis, cuius delectum fragmentum cernitur in l. 1. C. de
 Incertis personis, similia legata incerti relicta subsistean-
 tur, licet talis constitutio hodie non appareat forsan, q.
 Codex ille, qui tempore Institutionum editarum extabat,
 iure Iustiniani abolitus fuit, et novus factus, ut constat
 ex constitutione de emmendando Codice, et ex constitut.
 ipsius Iustiniani, quae incipit Condi nobis est, iuncta an-
 madversione Cuiacii tract. 2. ad African. in l. 10. 8. 5.
 huiusmodi de leg. 1. Donelli in l. 5. de Ver. dub. Treutleri Vo-
 lum. 2. disp. 13. et Hen. 2. lit. e. Iovani Jacobi Werembeckij in
 eod. tit. 48. lib. 6. legata dubia dici proprie non possunt,
 nec antea, quia nulla aperte erant, nec Iure novo, q.
 certum explanationi modum habent, quod excludit le-
 gatum esse dubium, ut postea dicam.

N. 5.

Ad hanc etiam partem

De legatis de- de legatis ita dubijs, ut explicari non possint, et ob hoc
 sorijs, et explic. nulli, pertinet legatum ^{verum} ~~non~~ et quae pondere, numero,
 l. 75. de leg. 3. cum ^{verum} Et mensura consistunt non adiecta quantitate, vel
 l. 50. 5. de leg. 1. legatum generis generalis, ut animal, quia cum in
 nihilo fieri possent verificari, ut in gradu tritici,
 gutta vini, et musca, dimensionum est legatum, nec con-
 sistentiam liberalitatis habet. l. 69. 5. gener. de Iure dot.
 l. 11. de leg. 1. et idem in stipulatione constat ex l.
 Iriticum. 91. l. 15. de Ver. Oblig. l. 31. l. 41. 5. Ut. de Vu-
 ri. l. 56. 5. 3. mandati. l. 17. C. eodem. l. 1. C. de Doti pro-
 miss. Incertum enim est, in qua re dispositio venietur,
 quod ex defectu iudicij inutilem actum reddit ex reg.
 5. 25. Inst. de Leg. Paulus. 3. sentent. 5. Legatum. Vlpianus
 tit. 24. 5. Incertae cum supra adductis, ex eadem ratione

incertitudinis divinatorie legatum generis infimi, si nu-
 llo. certo fine habeat a natura non subiciet, ut legato
 fundi, et domus, cum in minimo capite ut gleba ponet certi-
 ficari, ^{aut} in xibili tuguriolo. l. 60. de Verb. Signif. l. 11.
 iuncta l. 24. §. penult. de leg. 1. l. 69. §. 4. de Iure dotium.
 l. 48. §. ult. mandati. l. 115. de Verb. Oblig. qua pertinet no-
 tu Varro Verac. a Quintiliano relatu lib. 8. cap. 6.

Fundum Varro vocat, quem fundamenta mittere possunt.
 ut explicant latius Goffredus in l. 37. et 11. de leg. 1. Cu-
 riac. in l. 13. et in l. 37. eodem. et 2. Respon. Papin. ind. l. 69.
 §. 4. et 12. obier. cap. 36. Giphani. in l. 94. de Verb. Oblig. n. 13
 Albericus Gentili in d. l. 37. Robertus lib. 4. sentent. cap.
 ult. Duarenus lib. 4. disput. cap. 56. Omuald. lib. 8. cap. 19. tit. h.
 Fachin. 8. controvers. cap. 75. Anton. Gomez lib. 2. cap. 11. n. 8.
 ubi plures ad praxim cumulat Ayllon. Sed contra praxim
 dictam poterat ponderari parum notu ad hoc tpi. in
 l. 75. de leg. 3. ubi nummi indistincte relicti, aut Vl-
 pianus, deficientibus conjecturis exiguiores debent. g.
 etiam non expressa quantitate poterit legatum expli-
 cari aut per conjecturas, aut per minimi praxionem,
 et ita dubium potius, quam nullum, ut pote divinatorium
 dici debuit legatum in superioribus speciebus = Omittunt
 comminationem antiqua. Sed respondendum, quod in d.
 l. 75. quantitas nummorum expressa fuit, ut in l. 50. §.
 ult. de leg. 1. quo casu legatum valet, et ad conjecturas, vel
 hi deficientibus ad minimi praxionem recurritur.
 ex regula d. §. ult. l. 25. §. ult. famil. excus. l. 14. de leg. 1.
 cum alijs. Dices, hoc divinatorium esse, et contra literam
 quia nummi indistincte relicti fuerunt, sed indistincte
 relinqui est non exprimi quantitatem. g. 88. Respond.
 ex litera utique constare, nam Verbum Indistincte non

l. 75. de leg. 3.

est referendum ad quantitatem omniam, sed ad qualita-
 tem Nummorum non expressam. iuxta speciem d. l. 50. §.
 Vlt. quod rectè Vint' Cuiac' in l. 13. de leg. 4. Adde, hoc etiam
 ex alia parte constare; nam ait Vlpianus, quod deficienti-
 bus conjecturari Nummi Exiguorum Legati Videantur: Si
 Ergo quantitas Nummorum expressa non esset, in uno mi-
 nimo Nummo definitoria Verificaretur legatum. l. 75. l. 94.
 l. 115. de Verb. Oblig. Unde dici non poterit in Num. plurali
 Exiguorum Legati: denotat ergo quantitatem expressam,
 et qualitatem omniam, Unde legatum dubium est, non
 nullum, non definitivum.

N.º 6.
 Explic. l. 7. de
 tritico, et Vno.

Secundo acriter obstat difficultas
 tot. in l. 7. de tritico, et Oleo, quem non immerito scanda-
 lum arri possumus appellare, et quem terribilem appe-
 llat Gomez, et indivolubilem lib. 2. Varior. cap. 11. n.º 9. Spe-
 cies est. Legavit testator Vno oleum, et triticum indu-
 tincti, non adjecto pondere, aut mensura, quæritur, quid
 debeat. Resp. Cui, quod omne oleum, et triticum, quod
 testator habuit, Vno debeat; et tamen in minimo grano,
 aut gutta poterat Verificari. iuxta d. l. 94. l. 115. de Verb.
 Oblig. Ergo tam longè est, hoc legatum esse nullum, ut
 imò nec dubium dici poterit, sed clarum, ut potè in toto,
 quod testator habuit, consistens. Accur. et Goffredus
 differentiam consistere videntur inter legata, et contrac-
 tus, ut illa in toto, quod testator habuit, hæc nec in
 minimo, quod promissor habuit, subsistant. l. 94. l. 115.
 de Verb. Oblig. Sed Variationem differentie non præstant; alij
 asserunt, quod indefinita locutio pro Universalis habeatur,
 nisi diversa ratio militet. iuxta Iura in l. 19. de auro,
 et arg. leg. l. 11. C. quæ res pign. l. Si ita legatum de
 leg. 1. l. 7. de leg. 3. de cuius intellig. cum l. 32. §. 6. de auro, et

l. 10. de leg. 3.
 l. 32. §. 6. de auro,
 et arg. leg.

et arg. leg. Vidend. Pacius centur. 6. quæst. 25. Ræbardus
 lib. 3. Conjecturas. cap. 13. Orsuald. lib. 9. cap. 19. lit. C. plures ap.
 Ayllon ad Gomez lib. 1. cap. 12. num. 55. et quia ultima disposi-
 tio Regulariter referatur, et Verificatur in Rebus, quas testator
 habet. l. 2. de Optione leg. l. 12. de Verb. sign. ad modum quo
 domo, aut fundo simpliciter legari subintenditur legatum,
 Vel si domo, aut fundo proprio testator habeat; nam de
 his intelligitur sensu. iuxta eum in l. 11. de leg. 1. De
 tritico, et vino legato Variocinatur, intelligendum esse le-
 gatum de omni oleo, Vel vino, quod testator habuit, ut
 sentiunt Curac. in d. l. 7. Petr. Barb. in d. l. 3. de leg. 1.
 num. 17. Orsuald. lib. 9. cap. 19. lit. C. D. Nicolau de Castro
 in S. 1. de Contract. emp. n. 152. Arias de Meia lib. 3.
 Varias. cap. 13. n. 9. et subscribit Proceptor, et frater D. Di-
 dacus de la Serna in academici de generici cap. 1. n. 11.
 Sed et in Veneratione amplectar, nec in Rejectione morez,
 Vixet quod hac solutione cognita, aseruit doctissimus
 Gomez lib. 2. Varias. cap. 11. n. 9. ferè d. l. 7. solutione carere.

D. Ortega in l. 12.
 de suppell. leg.
 n. 42.

Dici, et tentari, non improbabili-

ter potest, quod ea Ratione et in dexteriorum sit legatum
 sine pondere, aut quantitate subintenditur in d. l. 7. quia
 legataria fuit vox testatoris, cuius necessitudo, et charitas
 facit, ut omne, quod testator habuit, legatum credatur.
 Moveor t. ex l. 50. S. Vlt. de leg. 1. ubi inter conjecturas, quas
 Refert Ulpianus ad interpretationem legati dubij una est
 Ratio necessitudinis, et charitatis legatarij. iuncta l. 26. de
 Probation. l. Vlt. de Iur. et Iure, de qua agemus Sect. 2.

N. 7.
 Noviter concili-
 ara d. l. 7. cum l. 99.
 et 115. de V. O. Solu-
 tio, quam præstat
 Ortega in l. 12. de
 Suppell. leg. n. 42.
 Comprobatur ex con-
 citiar. legum in l.
 70. de leg. 3. l. 32. §. 6.
 de auro, et arg. leg.
 quam præstat Ors-
 ualdus. 8. cap. 19. lit.

Nota ergo est necessitudo, et charitas inter Virum, et Uxorem.
 Vel aiente Proportio lib. 4. Carminum:

Omni amor magnus, sed aperte in Coniuge maior.

Seneca epistola. 104. Quintilianus declamat. 6. et si sacra

Pagina Generi. Vers. 2. Mathæi. 19. Marci. 10. Et dicit. 3.
 cap. 4. Pauli lib. 5. ad Ephesios, et deduci querit ex Iuris
 hac ratione procedentibus in l. 1. de Viru nuptiar. l. 1. de Verum
 amotar. l. 3. de Donation. inter. l. 1. ff. et Cod. Unde Vir, et Vxor.
 l. 1. ad verum. C. de Crimine Expil. hered. l. 22. C. de admn.
 tutor. l. 2. C. ne fideiussorei dot. cum alijs a me congestis
 in academijs de successioib. ab intest. cap. Vlt. num. 27. et
 adde Brionium de Viru nupt. pagina. 3. Revicanum in Syl-
 va nuptiali lib. 3. num. 13. Torrentius ad Oratium lib. 13.
 Marquez in gubernat. Christiano lib. 4. cap. 10. et 11. plures
 apud Lazream Accin. 1. num. 7. Solozan. de Parricid. lib. 4.
 cap. 13. Cum ergo detur tantæ charitatû, et necessitudinû
 conjectura in d. l. 7. minimum non est, quod in toto, quod
 testator habuit, subtrineatur legatum. Fulcrum potest
 ex eo, quod adiuncte et conjectura portæ in d. l. 5. S.
 Vlt. de leg. 1. in maiori quantitate, si de hoc conjectura
 sit, subtrinetur legatum; Nam tunc diximus ad mi-
 nimum recurrat, cum conjectura deficiunt. l. 14. de leg. 1.
 l. 75. de leg. 3. l. 9. de Reg. Iur. l. 34. l. 114. eodem cum alijs
 suo loco adducendû, iuncto Goffredo in d. 5. Vlt. et plu-
 ribus antiquis, quos in unum congregavit Iacobus Menochi.
 lib. 1. de Præsumpt. querit. 1. 6. n. 16. erga à contrario quo-
 ties conjectura adstant in maiori quantitate, subtri-
 netur legatum: Cum ergo conjectura interveniat in d.
 l. 7. merito totum præstandum Cuius aut, nec potuit esse
 derelictorium, nisi perveniente casu electionis, et præsta-
 tionis heredi, sed non pervenimus ad minimi præstatio-
 nem adstante conjectura: g. manet maius præstandum,
 id est totum, quod testator habuit in d. l. 7. quæ ita sine
 violentiâ procedit. Roboratur nra conjectura ex aucto
 UVA. BHSC

Sed Præceptorii
 solutio evidenter
 convincitur ex tui
 in l. 29. S. 1. de leg.
 3. iuncto Gomez.
 2. cap. 11. n. 11. Perz.
 Fabri. in l. 9. de Reg.
 Iur. tit. 1. h.

420

et in l. 28. de liberatione leg. 5.3. ubi cum dubitaretur
 apud Scævolum, quid comprehensum videatur in liberatio-
 ne generali à filio Patri tutori relicta, quamvis in hoc le-
 gato non veniant, fraude, aut dolo percepta. iuxta d. l. 28.
 §. 4. tamen in prefata specie omnia legata continentur,
 hac adjecta ratione: Præsumptio enim præter naturalem
effectum facit omnia Patri videri concessa. Si hoc ratio
 dilectionis vincit: ergo similiter conjugali affectio fa-
 cit, ut omnia Vxorì videantur concessa. Tandem hoc ad-
 ducitur potest ex ignoto ad hoc textu ferè eiusdem speciei
 in l. 32. §. 6. de auro, et arg. leg. ubi inter alia, quæ ma-
 rito legavit Vxorì, fuit linum, et lana, et quamvis in
 stamini filo, vel minimo vellere possit deteriore ven-
 ficari præstatio, ut in Iuribus nom. 6. adducti, tamen
 Paulus ait, lanam omnem, et linum Vxorì deberi, ea
 ratione uti credo, quia legata fuit Vxor, cuius cha-
 ritas facit, ut in marito, aut in toto, quod testator ha-
 bet, legatum substat: quid ergo mirum, quod idem do-
 curret Cui in tritico, et oleo Vxorì relicti in d. l. 7. Nec
 dicas paritatem specierum non convincere illationem;
 Nam in d. l. 32. testator legavit omnia, quod n. adiecit
 in d. l. 7. quia si recte interpretaris Verbum Omnia tantum
 positum est in ornamentis, quæ prius Vxorì legaverat, sed
 in lino, et lana absolute legatum fuit, nec adjectum
 Verbum omnem, Unde non deficit paritas: Hæc omnia
 cessant manifesta ratione in contract. iuxta d. l. 94. et
 ff. de Verb. Oblig. cum in eis nulla detur præsumptio cha-
 ritatis, aut necessitudinis, ut cernitur in d. l. 7. ex qua sumi
 potest conjectura mariti promissioni, qui nimo etiam inveni-

l. 32. §. 6. de
 auro, et arg. leg.

retur, hoc admitti non poterat, quia cum agatur de obligan-
do, et solvendo excludit necessitas debiti liberalitatis offi-
cium ex reg. l. 29. de Donation. l. 47. de operi libertor. l. 67.
S. 4. de leg. 2. l. 18. de adimend. leg. et ita dextrioria promissio
non subtrinetur, quo pacto, ni fallor, salvatur aenonomia,
quam desperatam appellant Authores, et ex hoc pariter in
praxi credo, quia indefinite oleo, tritico, et similibus uxori
relicta a marito subtrinetur in toto, quod habuit iuxta
d. l. 7. Si filio, aut ascendente legitimo non relinquat; nam
ei stantibus solum in 5. parte bonorum mariti, aut in 3.
ascendens stantibus subtrinetur legatum uxori iuxta no-
tissimas leges Pauli.

N. 8.

Noviter explic.
lex 14. de leg. 1.

Sunt et alia Iura, quae solent opponi contra
stabilita dicti num. 3. quae per indicem ministravimus,
ut ecce in l. 14. de leg. 1. ubi etiam dextriorum esse potest lega-
tum, tamen si domos proprias testator habeat, subtrinetur
legatum in una ex eis, quam legatarius elegerit: q. frustra
hoc legatum nullum appellamus, quandoquidem neque du-
bium dici potest, sed apertum ut potest certificandum per
electionem legatarii; nam omnia lectura antiquorum Co-
dicum, quae habent adjecta Verba Cum de certa domo
testator senierit, quam sectatur cum Scripseribus antiquis
Fachin. lib. 12. Controvers. cap. 37. Verius tamen Florentinae
Pandectae talia Verba non habent, et hac Verba lectura
Responderi Verius solet, et communiter magis, quod in d. l.
14. nulla fuit incertitudo, eo quod testator intelligitur
legare unam ex domibus, quas habuit. argum. l. 2. de opt.
legata, cuius finis a testatore assignari haec tollere non
poterat cum praedictio legatarii. argum. l. 42. S. 1. de
leg. 1. qualiter Vulgariter respondent Cuiac. in l. 13. de leg. 1.

Giphani in l. 94. de Verb. oblig. Duanenus in d. l. 115 eodem. Ro-
 berus lib. 2. cap. 14. Petrus Barba in l. 37. de leg. 1. Oinnald. lib. 8. cap.
 19. lit. F. Gomez. 4. Variar. cap. 12. n. 32. D. Santos in Ariscone
 l. 17. de Cond. et Dem. n. 9. Sed certe mihi non placet; nam
 si hoc ita esset, etiam diceremus, subtrahere promissionem do-
 mus, quando domus propria habeat promissionem, sed hoc a-
 pte negatur in l. 94. et 115. de Verb. oblig. et diuersi in
 l. 69. §. 4. de Iure dotium. §. neque in legato admitti debet
 talis solutio. Et quamvis inter unum, et aliud distincti-
 onem faciunt Authores, tamen idea chimerica est, ut contra
 eorum acriter sectatur Praeceptor, et frater de Generis cap. 1.
 num. 9. Licet superiorem solutionem amplectamur, Verius
 forsan dici poterat, ideo incertum non esse legatum domus
 in specie d. l. 11. quia ut ipsi Authores supponunt, et po-
 nunt, agebatur de legato vindicationis, in quo domus pro-
 pria tantum testatori poterat relinqui. Ulpianus in fragm.
 tit. 24. de Leg. 5. Per vindicationem. et constat ex littera d.
 l. 11. et electio in hoc legato erat semper legatarij, non
 vero heredi. iuxta Iura sic intellig. in l. 20. l. 34. §. 37. 108. 5. Cum
 penult. l. 37. l. 108. 5. Cum homo. de leg. 1. l. 19. et 23. de
 leg. 2. l. 2. de optione leg. iuncti Gothofr. et Cuiacio in
 d. l. 37. et 108. et in d. l. 19. Mexill. 3. obseru. cap. 10. et in
 l. 4. C. de Verb. signif. cum alijs adducendis sect. 3. Hoc
 praeracto nulla difficultas est in l. 11. quia non potest esse
 legatum dextrorum ex eo, quia tale dicitur in Iuribus
 num. 5. adducti; quia cum heres eligat, qui est debitor,
 praeratum praeratum adeo minimam domum, ut
 dextrorum fiat dispositio. Sed hoc cenat, quando eligit lega-
 tarius, qui cum non intelligatur proprium iactare, sem-
 per creditur maius electurum: §. quid mirum, §. subtrahat

l. 20. 34. 5. pen.
 37. 108. 5. Cum
 homo de leg. 1.
 19. et 23. de leg. 2.

N^o 9

Explic. l. 14 de
ann. leg. l. 22.
de adim. leg.
l. 30. de leg. 2^o

legatum in l. 14. cum derogatorium esse nequeat.

Idem etiam opponi contra superius
principium l. 14. de annui leg. iuncta l. 22. de alimentu
leg. in quibus relicti alimentu sine adiectione quantitatis
necessarie ad ea, subtrinetur aperte legatum, et idem doce-
tur in l. Quidam. 30. de leg. 2^o ubi relicto legato ad refectio-
nem vite publice subtrinetur etiam si quantitas designa-
ta non sit. q. rei num. consistentes etiam sine adiectione
quantitatis possunt legari contra adducta num. 6. Hi iu-
ribus dupliciter respond. 1^o ut procedat specialiter ob favorem
alimentorum, et tutelae vite publice. argum. l. 27. de Cond.
et Dem. iuncta praeterea Donello in l. 43. de Verb. Oblig.
num. 7. Gomez. t. Variar. cap. 12. num. 75. ubi Ayllon; hoc modo
praedicta Iura intelligunt fere omnes antiqui, cum quibus
subtrihit Petrus Barba in l. 4. soluto matrim. 3^a p. num. 54.
Laza de Capellan. lib. 1. cap. 10. n^o 82. Caspio de executorib. tes-
tamentor. lib. 1. cap. 16. n^o 56. Secundo, et verius ut exi-
timo, respond. quod in d. l. 14. subtrinetur legatum, quia recipit
interpretationem ex hiis, quae testator praestare consuevit
erat, ut etiam accidit in l. 22. de adim. leg. Unde nihil mi-
rum, quod subtrineat legatum, cum habeat ad verificati-
onem certam coniecturam desumptam ex consuetudine
testantis, quae prima, et potior in Iure reputatur ad inter-
pretationem legati. iuxta eam expressum in d. l. 50. 5. 1^o
de leg. 1^o l. 75. de leg. 3^o cum alij adduc. sect. 2. Similiter
non deficit coniectura voluntatis, nec quantitatis certifica-
tio in d. l. 30. quia ex quo testator in refectioem vite pu-
blice legavit tantum relinquere videtur quantum refec-
tioni diarium esset, et ex comparatione destinationis su-
mit consuetudinem legatum indefinite quantitatis, vel rei.

l. 22. de alim.
leg.

Argum. tōi. in l. t. de Verbi dubijs, de cuius interpretat.
 agam sect. 2. et ita in his speciebus nequit dubium dici
 legatum, et nullum, cum habeat certam conjecturam elu-
 ciendæ Voluntatis legati, ut rectè iam Viserunt magni
 Curia. in d. l. 30. Giphani. in l. 94. de Verb. Oblig. Neque tan-
 dem obrat Vulgatus tōi. in l. 69. §. 1. de Iure dotium, de
 cuius conciliat. cum l. t. C. de Doti. promiss. iuncta l. 43.
 de leg. 3. agit eleganter Præceptor, et frater d. cap. 2. de
 generici. num. 9. præter ab eo adductos Videndi Donell.
 in l. 43. de Verb. Oblig. num. 42. D. Santos in l. 11. de
 Cond. et Dem. n. 9. Iacobus Vverembach. in l. t. C. de Doti.
 promiss. sub lib. 5. tit. 11. Codicis.

N. 10.

Legatum dubium
proprie quid sit?

Hæc etiam quæ sunt alia
 ita dubia, ut explicari non possunt, diversa potius,
 quam aduersa sunt nomo legato dubio? quippe illa,
 ut dixi, nulla sunt, quia non apparent; at legata du-
 bia valida sunt, quia de his, aut conjecturis, aut mi-
 nori præstatione potest consistere. l. 14. l. 39. §. 6. l. 50.
 §. Ult. de leg. 1. l. 57. de leg. 3. et licet methodo desti-
 tuantur Authores, ad eorum Veram ^{am} esse. eruendam. con-
 tituo, quod ad hoc ut legatum dubium quoad rei lega-
 tai dicatur, tria Requiruntur essentialiter. Primum q.
 de certa re sentiatur testator. Secundum quod statim
 de re legata non consistat propter dubietatem, aut ex
 Verbi significatione, ~~ut~~ ^{aut} re, a liavè circumstantia ortam.
 Tertium Vel quod conjecturis, Vel his deficientibus
 minimi præstatione possit explicari legatum, quæ
 omnia sigillatim rimabimus. Primum enim necessum
 est, quod decerta re testator sentiatur, quia ut Vulgo
 dicitur, certum iudicium testanti esse debet. §. 25.

Instit. de Leg. Ulpianus in fragm. tit. 24. §. Incerta. Paulus lib. 3. Sent. §. Legatum; ubi enim legatum interna liberalitatis consistere poterit, si sub alia incerta fluctuatur testantis iudicium? De certa re dicitur, testatorem non sentire, quamvis ad incerta de certa sentiat, dummodo aliud dicit ab eo, quod sentit, quo casu nulla dispositio est, cuius nobilem regulam ministrat Paulus in l. 3. de Rebus dub. ibi: Itaque qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur. iuncto eleganti loco Auli Gellij lib. 9. noct. Attic. cap. 22. qui casu diversus est a primo posito in d. l. 3. ut agnoscunt Roperius, Accursius, et Goffred. num. 8. Curac. lib. 14. quest. Pauli in ea, licet simul et Pancirola lib. 2. Var. cap. tot. nam in eo agit de ambiguo legato, in quo voluntas, et loquela conveniunt. Sed quia vox in duplici re potest verificari, exurgit ambiguitas, qua conjectura eget. iuxta eleganti exemplum. l. 32. §. 1. l. 39. alias. 40. §. 6. de leg. 1. cum infra referendi, et legatum dubio procul submittit, at in secundo casu vox, et mens testantis non conveniunt, et ita perperam scribit, et inepte, quia id sentit, quod non dicit, ^{et} neque dicit, neque sentit; Unde ex ipsa ratione, propter quam valet legatum in prima specie, vitatur in secunda, cuius clarum exemplum sumi potest ex l. 4. de leg. 1. iuncta l. 7. §. 2. de suppellect. leg. Veluti si quis vestem legare volens, suppellectilem, aut aurum dicat, quo casu nullum legatum est, quia quod sentit, et quod dicit, repugnat inter se, nec quod dicit, aliqua conjectura iuvari potest, ut conveniat cum eo, quod sentit. Nam mens est de veste, et vox, seu scriptura de suppellectile, nec recipimus voluntatis conjecturam adversus ma-

Explic. l. 3. de Reb. dub. l. 4. de leg. 1. cum alijs.

l. 4. de leg. 1.
l. 7. §. 2. de suppellect. leg.

nifestam Verborum significationem, ut eleganter Cuius ait
 in l. 25. §. 1. de leg. 3. et ita error datur in nomine immuta-
 bili rerum ~~in~~ sive in corpore, quo dispositio vitatur. l. 9. de
 hered. instit. l. 9. et 12. de Contrah. empr. l. 34. de acquir. possen.
 l. 2. §. 6. Pro suo. l. 83. §. 1. de Verb. oblig. Divus Iudorus lib. 4.
 Origin. cap. 6. Tertulianus de Velandis Virginib. cap. 5. ad diffe-
 rentiam erroris in nomine tantum rei legatæ, ut si de certo
 fundo constat, et nomen potuit testator ad libitum mutare,
 legatum subicit, et quælibet alia dispositio. l. 9. §. 1. de Con-
 trah. empr. l. 32. de Verb. oblig. l. 5. §. 5. Cum in rem de rei
 vindicat. d. l. 34. de acquir. possen. ita intellig. et cum
 superioribus concilianda; Nam ut concie Vlpianus ait in
 d. l. 4. Rerum vocabula immutabilia sunt, nominum mu-
tabilia, id est nomen appellativum unius rei pro alia,
 (hoc est nota, et symbola rerum ad intra, quibus cognoi-
 cuntur ad extra, ut Cuius in d. l. 3.) testator mutare n.
 potest, sed nomen rei proprium mutare, et Variare tes-
 tator potest. l. 1. unic. Cod. de nominum mutat. nam cum
 à Voluntate imponenti dependeat, dum legat testator
 imponit, nec dicit, quod non vult. Sed vult illud, quod
 dicit, et quod dicit, semper est id, quod vult; nam à
 Voluntate sua dependet, ad quem sensum nescio, an
 ita clarè loquitur subtili Goffredus in d. l. 3. de Reb. dub.
 et in d. l. 1. de pignor. acc. l. 9. §. 1. de Contrah. empr. l. 20.
 de furtis, quæ solent intelligi de errore circa mate-
 riam rei, et lex. 36. de acquir. rer. domin. iuncta l. 18.
 de Reb. cred. quæ loquuntur de errore in causa videndi,
 dum ad nos non spectant. Cuius in d. l. 4. Goffred. in
 ea. Verbo Iudorus. Giphani. in l. 36. de acquir. rerum
 domin. Donell. et Oruald. lib. 8. Comment. cap. 2. Anton.
 August. lib. 3. emmendat. cap. 4. Duaren. de hered. instit.

l. 130. §. Cum ita
 de V. O. l. 13. §. 1. de
 de reb. dub.

l. 18. de Reb. cred.
 l. 36. de acq. rerum
 dom.

cap. 3. Bachov. lib. 4. declarat. 56. n. 4. Vvejemvech. ad Pandect.
lib. 30. dipt. n. 6. et ad praxim Gomez lib. 4. Var. cap. 12. n. 9.
ubi plures refert Ayllon. D. Retes. t. opusc. cap. 28. n. 2. Vique
in finem capituli.

N. 11.
Explic. l. 49. de Vv-
fr. leg. cum alijs.

Sed contra receptam interpretationem d. l. 3.
solet opponi auctori Moderini locus in l. Si alij. 19. de
Vvfr. leg. Testator legavit Titio eum fundum, et Gaius
eiusdem fundi Vvfructum, quod eo proposito fecit, ut
Titius nudam proprietatem, Gaius vero integrum Vvfructum
haberet. Quæritur fuit, an Titius solam nudam
proprietatem iuxta propositum testatoris, an etiam dimi-
diam partem Vvfructus cum Gaius habeat, eo quod iux-
ta Verbi significationem fundo legato Vvfructus etiam
tanquam pars integralis fundi legatus videatur? Et
respondet simul consilium præstanti Moder. quod si
eo proposito fecit, ut Titius nudam proprietatem, Ga-
ius integrum Vvfructum haberet, errore labitur tes-
tator, id est sermoni ignoratione, quia ut hoc locum
haberet, ita debuit legare: Titio fundum detracto Vv-
fructu do, lego, Gaius eiusdem fundi Vvfructum habere.
dato, detracta distinct. Vel, quæ irrepit in Pandectis
Florentinis sine sensu, et contra literam, ut Curia.
adverit, et quia testator ita non legavit, cum deberet,
Vvfructus eius proposito expresso inter Titium, et Ga-
ium communicabitur, ea habita ratione, quod inter-
dum plus valet scriptura, quam præactum est. iuxta Vul-
garam lectionem quod actum est. Ex hac specie ponde-
ratio tali elicitur: Attenta Voluntate, et proposito tes-
tantis unum voluit, nempe quod Titius nudam proprie-
tatem haberet, attenta vero scriptura, et Verbi significat.
n. solum nudam proprietatem, sed et dimidiam Vvfruc-
tus cum Gaius communicabilem relinquat; nam fundo le-
gato etiam Vvfructus tanquam pars integralis continetur.

l. 58. de Oblig. et act. inquam de Verb. Oblig. l. 3. §. Ult. de
Usufr. accresc. cum infra Referendū, et nihilominus subiti-
netur legatum, et communicatur inter Titium, et Gaium
Usufructu: q.º quamvis detur repugnantia inter mentem tes-
tatorū, et Verba, non potest dici incertum iudicium testan-
ti, neque inepta eius dispositio. Quandoquidem insuper ha-
bita mente testanti exitum habet legatum iuxta scrip-
turam contra rep. d. l. 3. de Reb. dub. l. 4. de leg. 1.º Varias
solutiones in hac premura cogitarunt Antiqui, in qui-
bus Referendū non moror, eas compaginarunt Accurs. et
Goffred. in d. l. 3. et latius in d. l. 4. num. 44. Communi so-
lutio est, quam sectarunt ipse Goffred. ubi nuper n.º 46. Cu-
riae. in Recitat. d. l. 19. et 14. quærit. Papin. in d. l. 3. Neque
longè D. Santos in l. 3. §. Ult. de Usufr. accresc. nempe quod
d. lex 19. agit de legato Usufr. non Verò de Usufructu per
fideicommissum relicto, et quod in legato strictum Ius se-
quimur, et quod ubi scriptura clara est, non attenditur
quæritio Voluntariū. l. 25. §. 4. de leg. 3. l. 7. §. 2. de Suppell. leg.
l. 16. de Cond. et Dem. selectus tñ in l. 86. ad legem falid.
et quod Voluntariū probatio difficillima plexumque est,
quo circa ineptum esset à clara scriptura recedere. Sed
certè hæc evasio potius difficultatem auget, quam pe-
rimit, nam si hoc ita esset, sic arguere contra ipsa lice-
ret: q.º malè aseruit Paulus in d. l. 3. non esse attenden-
dum, quod testator scripsit, quando non voluit, et
malè etiam Cui negavit in d. l. 4. de leg. 1.º n.º subintrare
legatum in auro scripto, quod testator Verrem voluit le-
gare, siquidem clara scriptura est, et de legato n.º fidei-
commisso loquuntur. Rursum etiam in Iure dicitur,
potiorem esse debere Voluntatem testanti Iuri subtilitate.
l. 26. de Usufr. leg. et Voluntatem scriptura prevalere non
immeritò deduci potest ex l. 16. C. de fideicommiss. l. 25. de Reb.
dub. l. 95. de leg. 3.º ergo n.º semper certum est, claram scrip-
turam testatori potiorem esse debere eius Voluntate.

Explic. d. l. 19.
cum lq. 16. §. 1. fami-
liz excic.

Ut respondeam rei Veri difficili, con-
tento 1^o in specie Modestini constare de contraria Volun-
tate testatoris, nempe solum Voluisse nudam proprietatem Tri-
tio legare, quod denotant Verba Si eo proponito fecit: que sup-
ponunt apertam probationem Voluntatis, alioquin si dubia
esset, sic diceret: Si eo proponito fecisse dicatur, ut sic dubia
Voluntatis questio poterit ostendi, quod perperam negarunt
Antiqui, et inter eos Casrenus ind. lq. 3. et confundunt Gos-
fredus, et Cuiac. in ea. Constituo etiam, ex natura Verbi, et
Scripturæ Vi, fundo simpliciter legato Vnumfructum eius,
Velut partem integram relictam Videri, et ita uni fundo le-
gato, et alteri eiusdem fundi Vnumfructum, communicari
inter eos Vnumfructum, hoc est dimidiam partem ad qu-

l. 66. §. 6. l. 76. §. 2.
de leg. 2. lq. 82. §. 2. de
leg. 4. lq. 58. de V. O. lq.
43. et 49. de Evictioni.
lq. 27. §. 8. de Pacti.
lq. 3. §. 6. de adim. leg.
lq. 23. de lib. caa. lq. 1.
§. 1. Ut legator. lq. 16.
de Boni libert. lq. 70.
§. 1. de fidejussori. lq. 3.
§. 1. et 2. lq. 12. §. 3. de
Vusu. leg. lq. 26. §. vlt.
eod. lq. 3. §. vlt. lq. 10.
de Vusu. accreic. lq. 6.
de Vusu. ex. rez. lq. 23.
de leg. 2. lq. 3. de Vusu.
leg. lq. 25. de Verb. signif.
lq. 13. §. 2. de acceptil.
lq. 21. §. 3. de except.
rei iudic.

in Violento tempore observanda sunt Iuxa in lq. Mævius.
66. §. 6. lq. 76. §. 2. de leg. 2. lq. 82. §. 2. de leg. 4. lq. 58. de Verb. Oblig.
lq. 43. lq. 49. de Evictioni. lq. 27. §. 8. de Pacti. lq. 3. §. 6. de adim.
leg. lq. 23. de liberali caa. lq. 1. §. 1. Ut legator. lq. 16. de Boni
libertor. lq. 70. §. 1. de fidejussori. iuncta Reg. lq. 3. §. 4. et 2. lq. 12.
§. 3. de Vusu. leg. lq. 3. §. vlt. lq. 10. de Vusu. accreic. lq. 6. de
Vusu. ex. rez. que Vnu consum. aureus est. in lq. 23. de
leg. 2. iuncta lq. 3. de Vusu. leg. et de intellig. superiorum
Iuxam agentes, et concilians cum lq. 25. de Verb. Sign.
lq. 13. §. 2. de acceptil. lq. 21. §. 3. de except. rei iudic. Viden-
di sunt Cuiac. ind. lq. 19. et in lq. 66. §. 6. et ind. lq. 76.
§. 2. de leg. 2. et in lq. 25. de Verb. signif. ubi Gedeus, et Gos-
fredus in lq. 4. de leg. 1. a num. 41. Duaren. lib. 4. de Iure
accreic. cap. 7. Mothom. lib. 3. observ. cap. 22. Donell. lib. 10.
Comment. cap. 23. ubi Omualdus, et conduci cap. 2. lit. C.
et lib. 22. cap. 5. lit. D. C. M. cum pluribus. Bellon. de Iure
accreic. cap. 5. quest. 10. per totam. Chumacero. disp. 7. Galban.
de Vusu. cap. 26. a n. 5. et cap. 2. n. 6. noiter Val. tom. 3. tract. 1.
cap. 1. n. 3. Oroz de apicib. lib. 2. cap. 10. n. 5. et lib. 4. ep. 4. n. 8.
D. Santos in Aragona ad d. lq. 3. §. vlt. de Vusu. accreic. et
ad

ad proximum plures inferens ex hac quæst. latè D. Ioanne
 del Castillo de Vusi. cap. 11. Quin remoretur proxime dict.
 Reg. l. 16. §. 1. famil. excic. ubi adjudicando uni heredi Vium-
 fructum, alteri fundi sola proprietate adjudicata intelligi-
 tur: q. similiter adjudicando Titio fundum, inquam le-
 gando Videtur relinquere solam proprietatem in d. l. 19.
 ut proinde male errori arguat testatorem Modestinus
 in ea. Nam omnia sent. Pichardi in l. 1. famil. excic. n. 30.
 quæ cernitur super §. 20. Instit. de Action. Bellon. d. quæst.
 10. num. 5. qui ex eo procedere aiunt, quod Iudex equa-
 liter dividere debet, et quod si communicaretur Viusfruc-
 tus, inæqualitas resultaret, quod cessat in testatore, qui
 prout velit, potest relinquere, quæ subitineri nequit; nam
 negamus inæqualitatem resultare ex eo, quod uni fun-
 di, alteri Viusfructus ejusdem fundi adjudicaretur, cum
 poterit ex alijs rebus distantia Valoris suppleri. Et quia
 etiam Viumfructum. Vnus tantum habeat, non ex hoc, ut
 credunt, inæqualitas resultat, cum Regulariter pretio-
 ssior sit proprietate solo Viusfructu. Respondendum est
 cum subtili Goffredo in d. l. 2. de leg. 1. num. 10. Cuiac. in
 Testat. ad d. l. 19. hoc ideo provenire quod Iudex in iu-
 dicio familie excic. datur ad perimendam communi-
 onem, non ad augendam eius difficultatem, seu discordi-
 am, ut vtar Papii. Verbi in l. 11. §. Dulcissimi de leg. 2.
 et constat ex l. 1. famil. excic. facitque ab argum. eleganti
 Topi. in l. 8. §. Vlt. de Rebus eor. quod accideret, si fundo in
 adjudicato communicaretur Viusfructus. Accedit non
 in subtili ratio à Fabio indicata in d. l. 16. §. 1. et à
 prima dependens, nempe quod iudicium familie excic. am-
 plius quam semel accipi nequit. l. 20. ff. famil. excic.
 arg. l. 6. §. antepen. Communi divid. l. 6. §. 1. de Viusfr. Quod
 accideret, si Viusfructus communicatio admitteretur; nam
 iterum alio iudicio opus esset ad dividendum Viumfructum,

N.º 13.

Explic. l. 23. de
leg. 2.º l. 10. de Vru-
fr. leg. 1.º l. 34. 5. 14.
de leg. 1.º

quod finis iudicij non patitur. Neque obicit etiam non
inelegans ponderatio, quæ deduci poterat ex l. Lucio. 23.
de leg. 2.º iuncta l. 10. de Vrufr. leg. 1.º l. 34. 5. 14. de leg. 1.º in quæ
bus fundo Titio legato, Vel eiusdem fundi Vusufructu per di-
iunctam, aut conjunctam, ut in d. l. 23. et in d. l. 10. ex eo
quod ^{dis}conjuncta posita inter extrema incompatibilia resol-
vitur in conjunctam, ut probant infra referendi, potest le-
gatarium vindicare Vel fundum, Vel Vusufructum: ergo quia
sub legato fundi non continetur Vusufructus, alioquin nã-
hil legaret, qui postea Vusufructum adiecit, si Verum esset
legato fundo iam esse Vusufructum comparatum, et consequen-
ter perperam dicitur in d. l. 19. de Vrufr. leg. 1.º ^{em}mentem testantem
repugnare scripturæ, quandoquidem videmus in dictis Iuri-
bus sub fundi nomine Vusufructum non comprehendere. Hinc
difficultati respondendum cum suppositione Antiquorum,
et inter eos Goffredi in d. l. 10. nempe quod quando testator
post fundum legatum Vusufructum eiusdem fundi re-
linquit eidem legatario, intelligendum est de Vusufructu
formali in servitutem elevando, non de casuali, quæ sub
primo legato fundi continebatur; Unde nihil mirum,
quod sub primo legato fundi non continetur, quia ut
vulgo dicitur, Rei sua nemini servit. l. 26. de Servit.
Urban. prædior. l. 5. Si Vusufr. petatur. præ. Inrit. de Ver.
divin. et in d. l. 19. quando dicimus sub legato fundi
Vusufructum comprehendere, intelligendum est de Vusufruc-
tu casuali, id est de parte integranti fructuum, quæ præ-
cisè fundi nomine venit. Sed dices: Si hoc ita est, quæ
utilitas potest considerari in secundo legato Vusufruc-
tui? Aut quomodo præsumi poterit, legatarium adeo
Stoicum affectare modestiam, ut subtilius eligat eligen-
do formalem Vusufructum, cuius Volubili, et inconizans
utili-

utilitas est, cum morte capitū minutione, et alijs modis
 spūet, cum possit fundum eligere pretiosiorē Ratione pro-
 prietas, et utilem pariter ratione Usufructus casuali con-
 tenti, et qui civiles casus non continet, aut quo pacto
 Verosimile erit, humanam ambitionem minimi electio-
 ne esse contentam, cum maius possit eligere. Ut hoc sol-
 vant Authores, Variā sibi somnia fingunt, qualiter vi-
 dere licebit apud Peraltam, et Sarmientum in d. l. 23.
 de leg. 2. Cuiac. lib. 11. ff. de Iulianū in d. l. 10. Caldas
 Pereyra lib. 2. de Iure Emphyt. quest. 10. n. 78. quibus omi-
 ni subriliter, fateor q. misterium invenit Venerandus
 Præceptor, et frater in cap. 3. num. 12. et 13. in academiū
 de genericiis, nempe maiorem utilitatem eligendi solum
 Usufructum in hoc consistere, quod lex Pap. quæ relic-
 ta incapacibus, ut cœlibi, aut Orbo aufererat, locum non
 habuit in Usufructu legato, quo pertinent lex. 8. de annui
 leg. l. 5. de operi servor. l. 41. §. 1. de leg. 2. iunctis Cuiac.
 in d. l. 8. et in l. 33. de Usufr. et alijs apud Iacobum Gof-
 fried. et Ramos ad l. Pap. Communique in Schola est
 ea Ratione; quia Usufructus instar alimentorum est,
 et quia fisco semel acquisitus, Velut æterna perpetui-
 tatis personæ inactibi redderetur proprietas. l. 36. de
 Usufr. l. 9. de Usufr. leg. l. 2. C. de requirend. Veri, ideo in
 d. l. 23. cum similibus post legatum fundi, eidem
 legatario Usufructum testator relinquit, ut cau-
 tela prefata Usufructum à rigore legi Papæ em-
 meret, quæ elegans interpretandi semita est. Quin
 obiter etiam ab indigno legatario Usufructus legatum
 eripi à fisco in l. 48. §. Cornelio felici. de Iure fisci. l. 27. de Usufr. leg.
 27. de Usufr. leg. l. 11. et 27. §. Iubet ad l. Iul. de adult. l. 11. et 27. §. Iubet.
 de quarum conciliat. cum superioribus eleganter agit
 frater ubi nuper num. 12. quem laudare debiūm, trans-

Idem de Servit.
 cap. 1. n. 9.

l. 8. de ann. leg.
 l. 5. de oper. serv.
 l. 41. §. 1. de leg. 2.

l. 48. §. Cornelio.
 de Iure fisci.
 l. 27. de Usufr. leg.
 l. 11. et 27. §. Iubet.
 ad leg. Iul. de adult.

exhibere crimen esset à proprio genio alienum. Sed et si hoc
 ita est, potest dici, non esse laudabilem cautelam testantis, qui
 fundum reliquit, quem si cui poterat à Coelibe, vel orbo aufe-
 rre, sed certo hic defectus testatoris non esset, sed malæ elec-
 tionis legatarij, qui si fundum elegit incapacitatem agnoscens
 sibi imputare, et ita semper laudabilis est testantis cautela,
 et proprium ministerium horum Iurium: 3.º instituo, 4.º
 ad hoc ut nuda proprietas uni legatur, alteri vero Usufruc-
 tu, Requiritur, quod fundus relinquatur detracto Usufructu,
 quod præceptum Iuris notissimum est, ut Iustinianus docet.
 S. 4. Inver. de Usufr. iuncta l. 6. eodem. l. 4. Si Usufr. petatur.
 l. 19. et 26. de Usufr. leg. cum alijs iunctis ab Ormald. lib. 1.
 Comm. cap. 2. lit. C. et vulgariter Bachov. Vinn. Pichard. et
 reliqui Iustiniani Scholam sectantes in d. S. 4.

N.º 14.

Nova solutio ad d.
 l. 19. et expli. 2. 5. 4.
 de leg. 4. l. 4. C. de
 fideicom. ad
 intellig. l. 19. Cu-
 iac. 32. ff. de Iur.
 in l. 84. §. 3. de leg. 4.
 Petr. Fab. in l. 12. de
 Reg. Iur. ubi expli-
 cat l. 25. de Usufr. leg.
 et opponit l. 24. de
 reb. dub. qui diffi-
 li est.

Hi prædicti patet iam in-
 tellectus d. l. 19. Nam testator volens nullam proprieta-
 tem relinquere, et tantum simpliciter fundum legans
 operatus est contra præceptum, et formulam legis, cum de-
 buisset detracto Usufructu relinquere fundum iuxta Iu-
 ra num. anteced. adducta, et quando testator operatus
 contra præceptum Iuris non solum subitineri nequit
 propria voluntas, sed ea pro nulla habita dispositio sub-
 sistit secundum Iur. argum. l. Innocentium. ff. de Titio.
 de Cond. et Dem. l. Nemo. 55. de leg. 4. cum alijs specie-
 bus congestis à Menchaca de succession. creat. lib. 4. §. 6.
 cum seqq. Castillo lib. 4. Controv. cap. 5. n.º 107. et seq. et cum
 ex præcepto Iuris, ut proxime dixi, fundus detracto
 Usufructu debuit legari, alioquin communicetur
 Usufructus iuxta secundum propositum Num. anteced.
 ideo merito semota voluntate attenditur scriptura,
 et se exiguit Iuris præceptum; quia, ut ita dicam, Vali-
 ditas legati posita est, veluti in poenam conteneri præ-
 cepti

cepti legalis: quid g. mirum q. voluntas inimica legi non
 subicitur, aut quid mirum legem non solum punire contra-
 ventionem, sed etiam validitatem providentiam intactam
 relinqueret. Nec dicas, hoc idem statui debuisse in specie d.
 l. 4. de leg. 1. d. l. 3. de Rebus dub.; nam preceptum materiale
 Luxu non est, ut si quis exret in nomine naturali appella-
 tivo rerum, subitaneatur dispositio. Sed imo contrarium
 statutum, nempe inutile esse legatum, quia rerum no-
 mina immutabilia sunt, ut dixi num. 6. et ideo neque
 attenditur voluntas ut erronea, neque scriptura, q. ^a em-
 tum nequit habere iuxta preceptum legi, iuxta quos ^{Intellig. l. 3. de} ^{Reb. dub.}
 minos intelligenda pariter est lex 3. de Reb. dub. Vno
 verbo aliquando lex contenta est actui nullitate, a leg.
 validitate. iuxta legem expressam testatoris contrave-
 nientis voluntatem, ut in nra l. 19. et ideo forsan pro
 formula apponuntur Verba legandi fundum detracto
 usufructu, ut sic non esset excusabilis testatoris error. ^{l. 16. C. de fideicom.}
 Neque obstat l. 16. C. de fideicommissis. Cui respondet Cu-
 iacius in recitat. d. l. 19. et 14. quaest. Pauli ind. l. 3. de
 Rebus dub. loquitur de fideicommissis, in quo attenditur
 potius voluntas quam scriptura. l. pen. de leg. 1. iuncta
 l. 7. §. 2. de suppelle. leg. Quomodo etiam de fideicommissis ^{l. 25. de Reb. dub.}
 ssi intelligit l. 25. de Reb. dub. l. 95. de leg. 3. Aliud ^{l. 95. de leg. 3.}
 esse ait in legatis, quibus strictum Ius sequimur, ut
 Ulpianus loquitur lib. singular. Regular. tit. de fideicom-
 missis, et ideo attenditur scriptura, quomodo accipit
 nam l. 19. de Usu. leg. Sed certe, ut supra dixi, Cu-
 iacii solutio a vera intellig. aberrat, et supponit fal-
 sum, nempe quod in fideicommissis semper attendatur Vo-
 luntas contra manifestam scripturam; nam ind. l. 16.
 non dicitur absolute, voluntatem esse preferendam scrip-

tura, sed huius Verbi: Voluntas magis quam Verba plerumque
attenditur: q. n. semper Verum est in fideicommissi Volunta-
tem attendi contra scripturam, imò ex d. l. 16. contrarium
potest probari: In ea non erat scriptura clara, sed dubia.
Unde mirum non est, quod attendatur Voluntas probata,
hoc constat ex Verbi, quibus rogatus fuit restituere: Quid-
quid ex hereditate ad eum pervenerit, quæ non a deo
clara sunt, ut prælegata in restitutione comprehensa
videantur, imò contrarium videbatur dicendum: quia
hereditarij appellatione legatum non continetur. l. 96. in
fine de leg. 3. l. 91. ad legem Juliam. et ad rem melior
xvi. in l. 3. §. 4. ad Trebell. ubi rogatus restituere por-
tionem, intelligitur rogatus restituere prælegata, sed
et sub nomine hereditarij inducatur gravamen, præ-
legata non restituit, quinimò et Papin, cuius auctori-
tas refertur in d. l. 16. Contrarium mihi probat; nam
in l. 11. §. 12. de leg. 2. hæc clausula cernitur: Quidquid
ad te quoquo nomine de bonis meis prævenierit, quæ
generalis est, et omnia complectens: Unde nihil mirum, q.
prælegata veniant in restitutione, ut notavit recte Cuiac.
licet sibi contrarius hoc fatens, et cum pluribus ad pra-
xim inducens noxter Casillo lib. 4. Controvers. cap. 8. à
num. 7. at in d. l. 16. restringitur fideicommissum ad id,
quod accepit ex hereditate: Manet ergo, quod in d. l. 16.
Verba scripturæ clara non sunt, ut prælegata in resti-
tutionem veniant, sed imò summe dubia, et solum
ea ratione deciditur, prælegata in restitutione compre-
hendi, quia testator Vni fuit dictione quidquid com-
prehensiva totius, quod accepit, quocirca Voluntatem
attendendam, si probari possit, recte in fine subnectit
Imper, quia scriptura dubia erat ad comprehensio-
nem legati; at in d. l. 19. Verba clara erant, et contra-

l. 96. in f. de leg. 3.
l. 3. §. 4. ad Treb.

l. 11. §. 12. de leg. 2.

ria Voluntas, ut et in l. 4. de leg. 1. l. 3. de Reb. dub. iuxta
 intellig^{am}. num. antec. locatam, unde salvata manet sine
 eo, quod necessarium sit recurrere ad differentiam fideicom-
 missi, et legati, et pro intellig. d. l. 16. quoad aliud, et concili-
 atione cum d. l. 3. 5. 4. l. 11. 5. 12. de leg. 2. et illatione ex eis
 forense consulendi sunt Cuiac. quest. Papin. in d. l. 11.
 5. 12. Padilla in eo num. 4. Gomez lib. 1. Variar. cap. 5. num. 18.
 Molina lib. 2. de Primogen. cap. 10. n. 13. ubi plures refe-
 runt addentes Vicentium Sumariu de Substitutionib.
 de Substitution. quest. 650. per totam. Merlinus de Legi-
 tima lib. 2. tit. 2. quest. 2.

Nec obstat lex Quiriqui. 95. de
 leg. 3. quae nihil probat contra d. l. 3. de Reb. dub. nec
 contra d. l. 19. Nam questio ibi proposita tantum est: an
sub fideicommissi clausula quantitas summas dicta-
vero, dedero comprehendantur praedia, mancipia, et coe-
terae res corporales. In qua ex Arriatoni ss. Merianus
 ait, comprehendit in fideicommissio, sed quid inde Cuiac.
 inducit; Nam scriptura in hoc textu non est contraria
 Voluntati, sed imo conformi, quia Verbum summas eti-
 am comprehendit res corporales. arg. l. 9. de dote preleg.
 l. Cum stipulamur de Verb. signif. et Voluntas etiam
 deponitur ad hoc, ut comprehendantur similes res ex
 eo quod testator post praefationem, sive praefatam Pauu-
 lam similes res corporales adiecit, ut dicitur in fine
 d. l. 95. Unde cum mens non sit contraria scripturae,
 sumus extra terminos difficultatis; quia nos loquimur
 de Voluntate contraria expressa scripturae, et tantum
 probat hic textus vulgare principium, quod Voluntas in
 fideicommissu attendatur, ut in l. pen. de leg. 1. ad quod
 eo utitur Olano lib. 3. Paralipom. cap. 1. num. 1. sed non
 probat, semper attendi debere contra expressam scriptu-
 ram, ut male Cuiac. Voluit in d. l. 19. quia illi contraria

N. 16.

Explic. l. 95. de
 leg. 3. et l. 25. de
 Reb. dub.

l. 104. de leg. 1. con-
ciliata cum l. 45.
de admin. tutor.

Verba non sunt, sed vel conformia, vel saltem dubia, q.
sufficit, ut scriptura non prevaleat, sed solum Voluntas,
ut in d. l. 16. quod utique et in legatu accideret, ut fate-
tur sui immemor Cuiac. in d. l. 19. et mihi probat l. 104.
de leg. 1. de cuius intellig. cum l. 45. de admin. tutor.
Vidend. Cuiac. 14. quest. Pauli in d. l. 45. et conducunt
Gomez. t. Variar. cap. 12. num. 43. ubi notat Ayllon. Va-
lexon t. 5. de Transact. quest. 3. num. 43. Nec ad rem
pertinet t. 1. in l. 25. de Rebus dub. quo patet abuti-
tur Cuiac. in d. l. 3. quia in eo testator non dixit
contrarium ab eo, quod voluit, imo nihil dixit, et
solum docetur, quod in clausula que heredi dixerit
Velle me liberum esse, etiam si nihil expresserit testator,
posse subitineri legatum, si conjectura possit apparere, de
quo sentit, quia paria sunt Verbi, aut relatione, et con-
jectura aliquid declarare, quod et in legatu locum habet.
l. 50. §. 1. de leg. 1. l. 75. de leg. 3. cum alijs infra referendis.
Nec loquitur dict. l. 25. de fideicommissio, unde nescio ad
quid magni Viri hunc tom adducat.

N. 11)

Explic. l. 69. de
leg. 3. et adducun-
tur remissive Iu-
ra de concursu Vo-
luntatis, et script.

Proprius, et non novus magis,
potest contra superiora opponi lex 69. de leg. 3. ubi et
scriptura, et Verbi significatio aliud dicant, tamen pre-
valet Voluntas: q. perperam scripturam contra Volunta-
tem attendendam esse diximus ex l. 19. de Usu. leg. aut
neutrum valere ex d. l. 4. de leg. 1. l. 3. de Rebus dub. Hinc
difficultati respondet Goffredus in ea, quod Voluntas clara
testantis prior esse debet scriptura. argum. l. generali-
ter. 29. §. Si petitur. de fideicommiss. libert. l. Sed non
alias de leg. 1. et quod Iudex secundum hanc Iuris regu-
lam accedere debet Voluntati, ut in §. 1. d. l. 69. Sed certe
hæc ratio nimis generica, parumque contraria est, et con-
vincitur ex d. l. 19. ex l. 25. §. 1. de leg. 3. l. 16. de Cond. et
Dem.

UVA. BASC

Dem. et facit l. 32. §. Si ambo. de Donat. inter. et ex reg. d. l. 3. de Reb. dub. iuncta l. 4. de leg. 1. Quasi magis placeat Solutio Cuiacij in d. l. 19. quae antea fuit Accursij in ea Veri. Item, postea Pauli Castrensi in d. l. 3. n. 6. demum ribi Cusf. scripsit, nempe d. l. 69. intelligendam esse de Verbi, aut scriptura testam. ambigua, quae plures habere potest significaciones, alteram communem, aliam minus propriam, ut in exemplo d. l. 69. §. si iuvenes serui, quos in ministerio habet testator, legat, quia iuventus varie iuxta Saeculorum normam accipi solebat cum aetate diverunt. attendita acceptio, quae magis conformis sit Voluntati probatae testantis, licet alia acceptio magis communis sit, in exemplo Accursij, si solidos Hispanenses legat testator, cum sint plures, Vni communis magis, alij magis Varij, accipitur de Varij, legatum, si cum Voluntate conveniat; at in d. l. 19. agitur de scriptura clara, et perspicua, quae Voluntati repugnat, ut Cuiac. in hoc recte sensit, et Videnda Castillo lib. 4. Controv. cap. 10. an. 10. et cum omnia minutatim percurrere sit impossibile in adeo parvo temporis spatio, observanda sunt ad hanc partem pertinentia Iura in l. Sabes. §. Vlt. de Suppellect. leg. pro cuius intellectu Videndi Goffred. in ea, et in l. 50. §. Vlt. de leg. 1. Olano lib. 2. Paralip. cap. 2. num. 12. et cap. 7. n. 19. Castillo lib. 4. cap. 7. n. 24. Spectat enim am lex 34. §. Vlt. de leg. 2. (pro Cuius intellectu Videndi Goffredus in ea, Molina de Primogen. cap. 19. n. 4. Bellon. cap. 7. de Iure accret. quae. 19. n. 14. et tot. et 15. et 249. Pancirola lib. 2. Variar. cap. 69.) Huius etiam est clausula lex 3. C. de liberis praeteritis (pro qua Videndus Cuiac. in Recitat. d. l. 19. de Usu. leg. pertinent l. 19. iuncta l. tot. §. 1. et 2. de Cond. et Dem. pro quibus Videndus est Goffred. in d. l. 19. et Gomez. t. Variar. cap. 5. n. 24. Veri. Confirmatur, ubi plures Syllor. Qual. lib. 8. cap. 33. lit. 1.

l. 7. §. Vlt. de Suppel. leg.
 l. 34. §. Vlt. de leg. 2.
 l. 3. C. de liberis praeteritis.

L. 52. §. 4. de leg. 3. Castillo lib. 4. Contror. cap. 8. et 9.) Accerxiu' etiam so-
 lene lex. 52. §. 4. de leg. 3. iuncta l. 12. in fine de leg. 4. l. 35.
 L. 12. inf. de leg. 4. §. 3. de hæred. inst. iuncto Donello lib. 8. cap. 4. ubi Oruald.
 tit. A. Opponi etiam solet lex 4. 3. Cod. Plus Valere quod
 agitur, pro quibus iunctis alijs Iuribus congeris à Mesa
 lib. 4. Variar. cap. 8. n. 8. et cap. 25. n. 10. Vela dixerat. 38. n. 20.
 Videndus concise, et eleganter agens Cuiac. in Recitat. d.
 L. 4. §. 3. de appell. l. 49. de Vusu. leg. Opponitur etiam lex 4. §. 3. de appellat.
 pro qua videndi Accurs. Casrensis, et Goffred. in l. 3. de
 Reb. dub. num. 9. Observanda etiam sunt lex 116. de Verb.
 L. 116. de V. S. Sign. lex 16. §. 3. de terram. tut. pro quibus adeundi Mo-
 lina lib. 4. de Primog. cap. 4. n. 4. et 26. Castillo lib. 4. cap. 7.
 a n. 19. Et tandem huius fidelis sunt lex 3. §. Condicio.
 L. 3. §. Condicio. de adim. leg. l. 10. de Confirm. tut. l. 23. in fine. Cod.
 L. 40. de Confirm. tut. de Leg. et alia congera à Goffredo in l. 69. de leg. 3. Go-
 L. 23. C. de Legati. mez lib. 4. Variar. cap. 5. n. 29. Veri. Confirmatur, ubi
 refert infinitos Rayllon in summa: q. Omnia possunt
 intelligi distinctione, quam mirabiliter collocavit Cu-
 iac. in fine d. l. 49. de Vusu. leg. Cum manifesta, et
plana sunt Verba, Voluntas vero obicura, vel ambigua,
non quærimus Verba, id est non attendimus scripturam.
 ex ratione l. 69. de leg. 3. l. 16. C. de fideicommissi. cum
 alijs supra adductis. Et hanc distinctionem licet dubie
 sequi videntur Duaren. de hæred. inst. cap. 3. Ba-
 chor. lib. 4. declarat. 56. Oruald. lib. 8. cap. 4. tit. A. et
 iuxta eam non improprie potest intelligi lex 5. tit. 13.
 part. 1. Cuius Verba refert Castillo. 4. Contror. cap. 10.
 a n. 10. et cap. 7. n. 24. et tit. 6. Contror. cap. 182. num. 7.
 et huc expectant tradita à Pazlad. lib. 4. Ver. quotid.
 cap. 7. num. 22. eruditus Robertus lib. 4. Verum iudicat.
 cap. 4. Marius Gúrba ad consuetudines Meranenses
 cap. 4. gloria. 2. num. 8. Carlebal et hom. 3. de Iudicij. disp. 35.
 num. 45 =

tamur num. 6. secundum requirunt ad Veram legati N. 18.
 dubij constitutionem, est, quod licet de certa re sentiat tes-
 tator, tamen de ea clare statim non constat propter du-
 bietatem, aut ex Verbi significatione oritur; si enim con-
 stat de re legata, deficit suppositum legati; Nam ut vulgo
 conjectatur, cum Verba clara voluntatem demonstrant, non
 est locus conjecturæ, nec interpretatione opus, ubi nihil am-
 biguum cernitur, ut solet notari in l. Ille. 25. §. 1. de leg. 3. l. 13.
 §. 5. Cum ita. iuncta l. 4. de Verb. Oblig. l. 69. de leg. 3. cum
 mille alijs, ex quibus solent forenses pro Venia iactare, q.
 determinata non egent determinatione, quod est infirmitas
 intellectus in clari disputare, quod coram aperta volun-
 tate silent advocatorum cavillationes, et alia huiusmodi,
 Ex quibus ad varias illationes descendunt Duaren. de hered
 instit. cap. 3. Orwald. lib. 8. cap. 4. lit. A. et ex Mantica, Ga-
 llinio, Gilmano, Peregrino, et alijs Castillo lib. 4. Controvers.
 cap. 10. a n. 6. Escobar de nobilit. 4. parte. quæst. 8. n. 15. Vela
 diversat. 39. n. 15. et 37. Solorz. tom. 2. de Iure Indiar. lib. 2.
 cap. 21. n. 29. Nec solum dubia legata dici nequeunt, qu-
 ando manifestè a principio constat de re, de qua sentit
 testator, sed etiam si incertitudo detur a principio, dum-
 modo certus, et invariabilis modus determinationis rei
 legatæ sit; Nam tunc dubium dici nequit, illud lega-
 tum, quod et si a principio incertum, tamen postea cer-
 tificatur, ex invariabili modo, exemplum primum est
 in legato generico; Nam homine indistinctè legato, du-
 bium est a principio, de quo homine testator sentiet,
 quod etiam accidit in alternativa dispositione Titij,
 aut Pamphili, et ideo in his incertum deduci dicitur,
 id est a principio. iuxta Iura in l. Cum incertus. 13. de leg. 1.
 l. 1. §. Vbi autem. 15. §. 1. et 8. de Verb. Oblig. l. 4. §. 4. de in Iur
 Vocando. l. 3. Qui, et a quibus; sed tamen postea certificati
 §. 13. de leg. 1.
 §. 15. §. 1. et 8. de V. O.
 §. 4. §. 4. de in Iur voc.
 §. 3. Qui, et a quibus.

Invariabiliter, aut per electionem heredi in legato dam-
nationis iuxta Iura sic intelligitur in l. 45. §. ult. l. Cum
rei. 11. §. Sed si Stichus. l. 109. §. 4. de leg. 1. l. 4. de tritico, et
Vino. l. 26. de Servitut. Rusticor. aut per electionem lega-
tarij in legato vindicationis iuxta Iura sic pariter acci-
pienda, et cum superioribus concilianda in l. 9. de Servit.
l. 19. et 23. de leg. 2. iunct. l. 10. et 19. de Usu. leg. l. 21. eod.
l. 2. de optione leg. l. 20. l. 34. §. penult. l. 11. l. Si Servus.
l. 108. §. Cum homo. de leg. 1. cum alijs adducendis sect. 3.
quo circa improprie genericum, aut alternativum le-
gatum dubium dici potest, cum invariabilem determi-
nationem electionis habeant; at in nostro legato dubio
non datur invariabilis modus certificandi; nam primo
ad conjecturas recurramus, et ignoramus quales sint,
et his deficientibus ad minimum praestationem recurramus,
et nunquam electio legatarij est, sed semper heredi, ubi
conjecturae non sunt. Praeterea in legato generico nec

summum, nec infimum potest eligi, sed solum medium.
l. 14. in fine. l. Legato. 37. l. 110. de leg. 1. l. 1. §. 1. Cod.
Communia de Leg. at in nostra dubia legandi dispositio-
ne deficientibus conjecturis minimum praestatur. l. Si
ita. 14. §. 1. l. 39. §. 6. l. 37. §. 1. l. 50. §. ult. de leg. 1. l. 43. §. 1.
l. 46. de leg. 2. l. Qui concubinam. 29. §. 1. l. Nummi. 15. de
leg. 3. quae omnia manifestam differentiam constituunt
inter legata generica, et dubia, quod etiam cum pluribus
ignoraret. Castillo lib. 4. Controv. cap. 1. n. 14. asserens pra-
fata differentiam plus curiositatis quam Veritatis, et
utilitatis habere, tamen Verissimam fatemur, et licet
sub obcuritatis involucri advocari possunt subtiles.
Uterque Raphael Fulgorius, et Cumanus in l. 39. de
Pactis, Bartholus ind. l. 37. num. 3. et in l. 14. de leg. 1.
Simon de Peruis de interpretat. ultimarum. lib. 1. solut. 5.

l. 45. §. ult. l. 47.
§. Sed si Stichus.
l. 109. §. 4. de leg. 1.
l. 4. de tritico. Vino.
l. 26. de Servitut.
Rusticor.
l. 9. de Servitut.
l. 19. et 23. de leg. 2.
l. 10. 19. et 21. de Usu-
fruct. legato.
l. 2. de opte leg.
l. 20. l. 34. §. pen.
l. 11. l. 108. §. Cum
homo. de leg. 1.

Ortega in l. ult.
de heredit. vend.
n. 22.

num. 8. Goffred. in l. 32. S. t. de leg. 1. lit. C. Matheacius de
Via Iuris. lib. 2. cap. 3. n. 1. nec longe Petrus Barb. in d. l. 32. n.

30= Prædictam consideratam differentiam eleganter firmat
Ulp. in celebrata l. Legato. 32. S. t. de leg. 1. ait enim in
p̄rio t̄o. homine generaliter legato, medium vero n̄. sum-
mum, aut infimum eligendum, scilicet à legatario (nam
loquitur de legato vindicationis, ut Cuiac. asseruit in
ea, et ad African. in l. 108. S. Cum homo. de leg. 1. Cumanus
in l. 23. de leg. 2. Orinald. lib. 8. cap. 19. lit. Merill. lib. 3. obier. cap. 10. et in l. 4. Cod. de Verb. Sign. n. 17.)
et cum alijs D. Santos in l. 11. de Cond. et Dem. n. 9. licet aliter Antiqui, quos sub centuria Barb. in d. l. 32.)
Postea in S. t. hæc Verba subdit: Si de certo fun-
do sensit testator, nec appareat, de quo cogitavit, elec-
tio hæredi erit, quæ de nostro legato dubio capienda
sunt; Nam ut dixi in primo requisito, de quo num. 6.
in eo de certa re sensit testator à p̄rio, ut dixi num. 1.
anted. de certa re apparere, non debet statim, aut
propter Verbi, aut rei ambiguitatem, quæ duo requi-
sita exprimit Ulpianus tribuens electionem hæredi,
divertè firmani differentiam inter genericum, et dubium
legatum, quod in illo incertum à p̄rio deducatur eti-
am ex voluntate. l. 13. de leg. 1. l. 15. S. t. et 8. de Verbor.
Oblig. cum supra adductis; at in legato dubio de certa
re sensit ab initio testator, et ideo dicit: Si de fundo
certo sensit, exprimens in primo casu legati generici
de incerto sensisse, quod ex post facto per electionem
certificatur; in Secunda vero de certo à p̄rio, quod
postea n̄. apparet ob rei, aut Verbi ambiguitatem, licet
conjecturis explicetur. Et hoc forsan primam speciem po-
suit in homine, secundam vero legati dubij in fundo,
quia Regulariter in homine non poterat esse legatum

N. 19.
Intellig. l. 32. S. t.
de leg. 1.

Quid erit dicen-
dum, si ponat spe-
ciem t̄o. in l. 37.
de Stipulat. obier.
iuncto Cus. 15.
quæst. Pap. in l.
29. ad Treb. in f.

dubium, sed genericum, nisi nomen proprium adjectum
 utpotè si cum stichoi haberet, stichum indistinctè legavit.
 iuxta speciem l. 32. §. 1. de leg. 1. iuncti, quæ adduximus n. 2.
 at in fundo, et si de certo sensu, potuit non apparere,
 aut ob rei dubietatem, aut ob Variam Verbi significationem.
 iuxta speciem l. 39. §. 6. de leg. 1. et adducta n. 2. Unde
 etiam in hoc proprium exemplum legati dubij mini-
 trat. Nec dicas exemplum de fundo ind. §. 1. de rivo-
 rium esse, cum potest hærei nimirum glebam præstare.
 iuxta l. 69. §. gener. 1. de Iure dot. l. 29. §. pen. l. 71.
 de leg. 1. l. 115. de Verb. Oblig. cum adducti num. 3. et
 ita nullum potius quam dubium dici debuisse legatum.
 iuxta ibi adducta; Quia respondendum, quod cum
 legatum dubium explicetur conjecturis, ut iuxta eos
 maior res præteritur. l. 50. §. ult. de leg. 1. Vel his defici-
 entibus, quod minimum est. iuxta l. 75. de leg. 3. cum
 adductis num. 1. et l. 37. §. 1. auerat Vlp. testatorem
 de certo fundo sensu, excluditur de rivo riam præ-
 ratio, quia Vel optimis adstantibus conjecturis dan-
 dus est, Vel minimis eis deficientibus, non vero
 gleba de fundo, quia sic non esset Verum dicere de
 certo fundo testatorem sensu, sed de nihilo
 cogitare; Unde in d. §. 1. supponenda est præratio mi-
 nori fundi iuxta adscriptos limites eo quod con-
 jecturæ interpretationi defecerunt, alioquin eum ad-
 stantibus electio non esset hæredi, qui semper mini-
 mum electurus præsumitur, ut sic maiorem repor-
 tet utilitatem. iuxta Iura ita procedentia in l.
 14. §. 1. l. 39. §. 6. l. 50. §. ult. de leg. 1. l. 43. §. 1. de leg. 2.
 l. 75. de leg. 3. l. 38. de Poeni.

N. 20.

Noviter explic.
 §. 1. Veri. Aut
 d. l. 37.

Nec dicas iterum, q. in ipso
 §. 1. in quo iuxta nos de legato dubio agit Vlp. auerere
 simul

Simul in Veri. Aut pone fundum vindicari, q. idem
 est ac dicere pone legatarium fundum eligere, quod etri
 incerta vindicari nequeant. l. 6. de Rei vindicat. tamen
 eo ipso quod vindicat legatarius, eligit in antecedenti
 instanti suppositi. iuxta subtilem observationem Gof-
 fredi in l. 108. §. Cum homo. de leg. 1. Merilli lib. 1. p. 101. Cher. t. interpr.
cap. 19.
 ter. observ. cap. 13. iuncta suppositione magni Cuiac. in
 d. cap. 1. D. Santos in Ariston. l. 1. de Cond. et Dem. n. 9.
 Quod de legato generico dici non potuit, quod de
 eo iam egit in prio. d. l. 3. ^{et} nec impertinenti repe-
 titio eiusdem speciei cum Viti Cui. Si ergo de le-
 gato generico non loquitur, ita potest deduci: ergo
 loquitur de legato dubio; sed in hoc docet esse electi-
 onem legatarij: q. male docuimus, in legati dubijs esse
 semper electionem hæredi deficientibus conjecturis.
 Hinc difficultati, quam sine comminatione relinquunt
 Auctores, respondeo, quod sive intelligatur de legato
 generico, sive de dubio, nihil contra nos facit. Et qui-
 dem primo potest dici, quod Veri. Aut d. §. 1. nec inte-
 lligitur de legato generico, de quo egit in prio. d. l. 3.
 Nec de legato dubio, de quo egit in prio. d. §. 1. sed de re
 certa, de qua apparet; et quippe per vindicationem le-
 gata, ut in decisionem contrariam confirmet in legato
 dubio per exemplum manifestum; ut sit sensus, ideo
 re certa per vindicationem legata eligit legatarius, q.
 de ea statim apparet: q. a contrario ubi n. apparet,
 ut in legato dubio deficientibus conjecturis hæres
 eligit, quia incerta nequeunt vindicari. l. 6. de Rei l. 6. de Rei vind.
 vindic. et ita firmat ex re indubitata rationem dene-
 gate vindicationi, et in ea electioni legatarij in lega-
 to dubio, et ut confirmet in casu proprio aliam specia-
 lem legari dubij, adjectis in Veri. ult. ^o nam lance legata + x. a. l. 3. de auto,
et ar. leg. iunct.
Cuss. ind. l. 3. §.
Sic certe. l. de
leg. 1. D. Sexna
de gener. cap. 12.
n. 28

85
Cum varie possit accipi, et res de qua tenet testator, n.
appareat, electionem heredi præstat, quod idem est ac di-
cere minorem præstandam iuxta Iura proxime adducta, d.
et latius adducenda sect. 3. Vel potest aliter responderi, q.
Verri. aut d. S. l. intelligatur de legato generico, qui n. obicit
hoc modo inelegantem dari repetitionem eiusdem speciei
ponitæ in præd. d. l. 3. quia in præfato principio, in quo
agit de legato generico, tantum docuit, neque optimum,
neque infimum hominem accipiendum in legato, sed me-
diū, non tamen exprimit quæ eligere deberet, legata-
rius, an heres? Quia tantum indefinite docuit mediū xi-
timationis actorem, id est summum servum iuxta l. 1.
de Peculio, non posse eligi: quæ omnia quæ non videt in-
definita esse, neque exprimentia eligenti personam,
sed quod tacuit Ulpianus, et suspensa manu relinquit
in præd. d. l. 3. postea in tertio casu legati dubij in S. l.
docet in Verri. aut, nempe in legato generico vindicatio-
nis electionem legatario dari, sic elegantem differen-
tiam legati generici de dubijs ministrando, ut sit sen-
sus in legato generico de re apparet per invariabilem
modum electionis. iuxta Iura adducta num. 10. quod
Exprimunt Verbum Aut si appareat in ultima inte-
lligentiā; in legato vero dubio de certa re n. apparet,
nec certus est certificandi modus; in legato generico
vindicacionis legatarius eligit; in legato vero dubio
nunquam electio legatarij est, sed heredibus deficienti-
bus conjecturis, quæ est vera Ulpiani intelligentiā, quam,
ni fallor, non evincerunt magnus Soffredus, Cuiac,
et Petrus Barb. in ea, nec non dubio magnus Salmarci-
censis, qui pax manibus habuerunt, et pro superfluo præd.
d. l. 3. Consultendi Donell. lib. 8. cap. 19. ubi Onuald. lit. K.
Amaya lib. 2. obiciv. cap. 13. n. 18. qui perperam de legato
damnacionis intelligit d. l. 3. iactam differentiam

ignorans. Gomez lib. 1. Variar. cap. 12. num. 32. ubi plures Ay-
llon. Castillo de Vusf. cap. 9. n. 33. Lazrea decim. 34. n. 41. ex
quibus extermi'nata manet memorata, iam n. memorabilis
opinio forensium, quorum indigestus subcenturiator extat
Castillo d. lib. 4. n. 14. qui nullam differentiam in hoc admi-
ttebat, cum vere in schola, et foro verissima sit differentia
supra iacta.

Sed contra iactam differentiam ponit primo
dici, quod ea ratione legatum genericum dubium per
Nos non dicitur, q. est a prio sub alia sit incertitudine
individui, tamen ex port facto per invariabilem modum ap-
paret de re certificata per electionem heredi in legato dam-
nationis, vel legatarij in legato vindicationis iuxta Iura ad-
ducta n. 10. Sed idem contingit in nro legato dubio, nam cer-
tificatur conjectura, vel hi deficientibus minimi prætatione,
sive per electionem heredi. l. 14. §. 1. l. 32. §. 1. l. 39. §. 6. l. 50.
§. 1. de leg. 1. ergo aut quod appellamus legatum dubium,
tale dici non poterit, aut si dicitur expressa ratione genera
dispositio dubia dici debuit. Hinc objectioni ab Autho-
ribus simulate respondeo, magnam esse differentiam inter
unam, et aliam certificationem; nam in legato generico
modus certificandi certus, et invariabilis est, nempe per
mediam electionem, ut supra dixi; at in legato dubio non
datur invariabilis modus certificandi, sed aliquando per
conjectura, et haec pariter Variabiles aliquando per mi-
nimi prætationem exitem habet, ut constat ex d. l. 50. §.
1. de leg. 1. l. 15. de leg. 3. cum supra adductis, et ita mi-
rum non est, quod dubium dicatur id, de quo non apparet:
Vel, ut brevius dicam, in legato generico eodem instante,
quo de certa re non constat; Constat tamen de certo modo
certificandi; at in legato dubio eodem instante quo non
apparet de re, ignoratur etiam modus certificandi, nec
potuit sine specie prophetica legalis modus cognosci, qui a

N. 11.
Alique contra
superiora objec-
tiones.

tam Varij conjecturæ dependet = 3^o denique Requiritur, quod licet de re legata à priò determinate non constet, tamen ex post facto de ea appareat, id est quod possit certificari legatum vel conjecturæ, vel minimi præstatione iuxta Iura proximè adducta; alioquin si ita ambiguum sit legatum, ut certificari nullo modo possit, pro non scripto est. l. 2. de huius que pro n. scriptis cum speciebus, quas ad hanc partem adduxi à num. t. Vique ad fo. Restat conjecturæ ad interpretationem legati dubij rimari, quæ et si delitione Iuris prudentiæ, et summè in foro utiles sint, tamen sub latumisi, aut ignavis, aut difficultati vique iacent.

l. 2. de huius que pro n. scriptis.

Sectio secunda.

De Conjecturis, quibus dubia legata interpretantur ~ ~ ~

N. 1.

Toties recurrimus ad conjecturas, quoties expressa voluntas testantis n. est. l. 25. §. 1. de leg. 3. Secus q. expressse de voluntate constat. Eleganti tibi in l. 13. §. vlt. de reb. dub. et his aditanti- bus ampliati dubium legatum, quatenus testantis facultate patiuntur. l. 43. de leg. 3. l. 30. de leg. 2. l. 12. §. 43. Veri. Sed et ipse Papiri. de fundo in i. t.

Sabinae, et Cyprogeniae specialiter singulis decem, postea
alimenta singulis legavit: si ergo voluisset alimenta
similiter duobus tantum relinquere, orationa esset 2. clau-
sula, cum potuisset in media dicere decem, et hoc am-
plius alimentorum nomine singulis: q. cum postea ad-
jiciat dictionem Singulis debet verificari ex puritate
sermonis dicitio haec distributiva in alijs, quam duobus
expressis simul cum eis, quod non animadvertunt
Auctores.

Non aliena a proxima conjectura est, quae
denumeratur ex collatione, et comparatione unius rei ad
aliam, et ex equivalencia, aut inaequivalencia (ut cum
Goffredo loquar in Rubrica de Rebus dub.) nobilissimum
exemplum huius Conjecturae ministrat Papin. in l. t. de
Rebus dub. cuius species, et littera varie circumfertur. Vera
haec est: Testator, qui specialem fundum Maevianum habe-
bat duorum iugerum, et praeterea maiorem portionem praediorum
vigintri iugerum, quam etiam Universaliter Maevianum
fundum appellabat, legavit Titio fundum Maevianum,
aut ~~Maevianum~~, dubium statim exortum, quod
Universa possessio vigintri iugerum Maevianus fundus
dicebatur, et ita rationibus testatoris demonstrabatur,
et in maiore possessione etiam speciali fundus Maevianus
erat, quantum fuit, si legatarius elegerit fundum
Maevianum in legato vindicationis, vel hanc in lege
damnationis (quod ad rem nihil facit, ut postea dicam)
quis fundus prestandus sit, id est an Universalis possessio

N. 35.

Explic. l. t. de Reb.
dubij.

Serna de Genezio.
cap. 2. n. ult. oppo-
nitur l. t. de leg. 2.

Viginti iugerum Mæviana dicta, an solum fundus duorum iugerum specialiter Mævianus dictus. In quo etiam prima facie dicendum videretur, Universalem possessionem deberi, quia ita in Rationibus testatorum demonstratum (quod maximum Voluntarij argumentum est. l. 94. §. 3. cum leg. d. l. 3. quae ejusdem inscriptionis est. l. 30. de suppellect. leg.) et docet tamen contrarium Papin. in casu quo fundi Seriani pretium non magna pecunia a fundi Mæviani specialis pretio distingueretur, Verbi gratia, si fundus Serianus etiam erat duorum iugerum, et eius valor decem solidorum, et Mævianus ejusdem pretij etiam erat, aut n. magna esset pretij distantia, tunc non Universa possessio Mæviana, sed tantum specialis fundus Mævianus legatus intelligitur, q. eius dubietas ex comparatione fundi Seriani lucem accipit, nec creditur testator rei distantis pretij per alternativam legare, Unde Vera, et retinenda est lectio Florentinorum, quae ita habet: Si fundi Seriani pretij a fundi Mæviani pretio n. magna pecunia distingueretur, haec est species, et lectura, quam patrum inter se distantes retinent Cuiac. l. Testat. d. l. 8. et in eadem sub lib. 7. Respons. Papin. et in l. 94. §. 3. de leg. 3. et 8. Obier. cap. 25. Robert. 2. Recept. cap. 6. Donell. parum distans in d. l. 4. sub 8. comment. cap. 19. lit. A. Mathrac. de Tra, et Ratione Iuris. 2. cap. 4. n. 11. Bachov. Vol. 2. ad Treutl. disp. 13. et hen. 5. lit. A. in fine. Ioann. Vvesem. vech. ad Pandect. 34. disp. 6. n. 20. Manui. 4. singul. cap. 11. et quoad lecturam recte, licet falsio quoad speciem Olano lib. 1. Paralipom. cap. 12. n. 29.

N^o 36.

Rejiciuntur varia
opinam. d. l. 4.

Unde primo apparet falsio
Hothom. l. Obier. cap. 3. et l. amicab. cap. 16. ultimum Verum
legisse sine negatione d. aliam lecturam, quam certam
dicit, et antea Accus. quos acriter rejiciunt superio-
res. Deinde apparet, somnium esse, quod pro specie ponere
Voluit

Voluit Olano ibi, maxime n. 30. nempe fundum Scia-
 num etiam comprehendit suo fundo Maeviano, nec ibi esse
 alternativum proprie legatum, quod contra literam, et
 Vivam dubitandi rationem est. Patet deinde, non esse ne-
 cessarium supponere cum Accuset Et hoc homo. possessionem
 Maevianam unam fuisse, sed divisiam in partes meliori
 culturae causa. x. l. 86. S. t. de leg. 2. nam si hoc esset, nulla
 esset dubitandi causa, cum tota possessio deberetur, nisi
 aliud ab herede probaretur ex eo quod divisio culturae
 causa non alterat unitatem fundi, ut dicitur dicitur
 in d. l. 86. S. t. de leg. 2. Tandem liquet sine causa, et intelligi
 superiores omnes Authores disputare Verum intelligatur
 de legato vindicationis, ut legatarius possit totam posses-
 sionem eligere Maevianam, an de legato damnationis, ut
 heredi ponet minorem fundum Maevianum dare; Nam
 quamvis Verum sit in legato vindicationis alternativo,
 seu generico electionem esse legatarij. l. 20. l. 34. S. pen.
 l. 33. ff. de leg. 1. l. 19. et 23. de leg. 2. l. 2.
 de optione leg. In legato vero damnationis ad heredem
 expectare iuxta Iura in l. 45. S. vlt. l. 47. S. Sed si strictus.
 l. 10. de leg. 1. l. 10. de Vrsi. accret. l. 4. de Vno, et vlt.
 cum alij sect. 3. adducend. tamen hoc ad dubium Pa-
 pin. necessarium non esse; nam dubium est ex diversita-
 tate Maevianorum fundorum qui praeferendi sit.
 ergo ut haec questio procedat, iam supponit electum
 fuisse ab herede Maevianum; alioquin Sciano electo,
 quae dubitatio esse poterat circa Maevianum, unde
 in hac parte necessaria non est questio. Nec pariter
 est necessaria, etiam considerarem solum fundum Mae-
 vianum cum varij fundi ejusdem nominis, et diversis
 pretij. Pone quod unus fundus Maevianus valet 80.

l. 86. S. t. de leg. 2.

alter *Mærianus*. 60. alter 20. et quod *Seianus* *Vale* 100.
quam speciem etiam collocavit *Bartholus*, si eum hoc caru
disputare vi, qui eligere debet legatarius, an hæres, sem-
per supervacua inspectio est in *Papiniani* specie; nam 1.
electio Veranda erat inter *Sejanum*, et totum *Mæria-*
num, non deinceps, inter ipsos *Mærianos*. Deinde, et si des
Vindicationem legatario, non potes eligere fundum
Mærianum, si excedit longo pretio à fundo *Seiano*,
nec si eam dei hæredi, potes eligere minorem fundum
Mærianum, sed tantum illum, qui non longa Estima-
tione pariter à *Seiano* distet, nam alternativa du-
bia in uno extremo inflectit, et minuit liberam eli-
gendi voluntatem tam in legato Vindicationis, quam dam-
nationis; quia testator quantum dilexit in re certa,
nempe in fundo *Seiano* dilexisse intelligitur in re
dubia, nempe in *Mæriano* per artificialem probatio-
nem conjecturam. Clarius dicam, prius est Veri-
ficare in legato quid eligendum, quam perveniamus
ad factum electionis; sed Verificatio prima unius ex-
tremi, nempe fundi *Mæriani* non potest fieri, nisi
per comparationem alterius extremi alternativè, nem-
pe ex pretio habendi *Seiani*: q. id præcise intelligitur
legatum, quod magis correspondet Valori alterius ex-
tremi; sed ubi præcise firmam præstationis ministrat
conjectura n. dependet nec à voluntate hæredi, nec
legatarij eam alterare: q. supervacua est questio elec-
tionis in specie *Papin.* quod minor Interpretet in ex-
curabili Umbra turbare.

Idem posita specie, et retenta
negativa lectura, Variæ rationes decisionis *Papin.* tra-
duntur ab Interpretibus. Communis est, quod quoties
inter extrema Equalia inter se, aut parum distantia,
Quali-

N. 3)

Rejicitur D.
decisiva *Papin.*,
et Vera pponitur
d. l. 1.

qualiter annotarunt Cuiac. in l. 124. de Verb. Sign. et 8.
 Observ. cap. 25. et in d. l. 1. Madera animadverti. cap. 20.
 Osiwald. 8. Comm. cap. 19. lit. N. et plures alij congeri ab
 Olano. t. cap. 12. n. 30. et cum in specie Pagin. extremum fun-
 di Maxiani per alternativam collocetur cum Sejano inte-
 lligitur illum fundum Maxianum relictum, qui aut
 equali valore, aut non magna distantia cum Sejano con-
 sistat. Quam rationem amplectuntur superiores. Sed ut
 verum fatear, hoc principium generaliter prolarum fal-
 sum est; nam non est novum, quod alternativè compre-
 hendat unum extremum maiori estimationi, quam
 aliud, ut ecce potest legari fundus, aut pars quiddam
 tiva eius, vel fundus, aut pars integrali, nempe fundi
 usufructus, ut in specie l. 34. §. pen. de leg. 1. l. 23. de leg. 2.
 l. 10. de usufr. leg. et potest eligere legatarius propria-
 tem, quod multo pretiosior est solo usufructu formali,
 qui ab occurr. mortu, consolidacioni, et non vii depen-
 det: q. falsum est dicere, quod alternativa semper inter
 extrema equalia ponatur. Preterea si promittam de-
 cem, aut Stichum servum, valet stipulatio, et eligere de-
 bitor. v. speciem l. 26. §. fin. de Condit. indeb. vel credi-
 tor, si ei electio commissa sit; et tamen pretium sin-
 gulari servorum viginti aureorum est. l. vnic. Cod.
 de Comuni serv. manum. Ergo potest verari alter-
 nativa, et electio circa extrema inaequalia, et conse-
 quentes ex hoc regulari principio de iur. n. decen-
 dit. Quasi verius distinguendum, quod ubi extrema sunt
 certa inter se regulariter intelligitur commissa electio
 eius extremi, et pretiosiori, quod legatarius elegerit.
 d. l. 34. §. pen. cum nuper adducti. Sed cum veramus in
 termini alternativa, cuius unum extremum certum
 est, et aliud dubium, ut in nra specie, tunc electio non

Propos. Vera ss.
 ad l. 1. §. 1. Hic
 venit expenden-
 da speciei ficta
 ad l. 34. §. 6. de
 leg. 1. quam
 sup. collocari
 cap. 1. n. 3.

intelligitur concessa, nisi ita proportione Valoris Rei certa
ad dubiam. arg. l. 25. de leg. 3. l. 28. §. 1. de hered. instit. qui
ad hoc solent adduci. Sed parum, aut nihil mihi probat.
Apertè magis fulcitur quæ ex l. Vlt. §. Vlt. de Vno, quam
Explicui n. 32. ubi Vno amphorario legato, et postea adjecto
in eadem Ratione dulcia Omnia: dulcia tantum ad po-
tandum intelliguntur relicta ex comparatione, et colla-
tione Vni amphorarij, quod prius reliquit, quem uni-
cum tom. ad fulcrum decisionis adduxit Curia. Nec
Rectè ad comprobationem adducitur lex 9. §. 2. de leg. 3.
quæ est ejusdem Papin. sed una inscriptione; nam po-
tius superficiem contrariam habet. Nec ex l. 12. §.
43. de fundo insti, quæ etiam est ejusdem inscriptio-
nis; nam etiam ea aseratur, quod domo instructa legata
filij à Patre mercatore æstimandum est ex facul-
tatibus Patris, an merces venales comprehendantur,
nihil habet commune cum conjectura derumpta ex
comparatione unius rei ad aliam, de qua Papin. agit,
et ita in hoc decipitur. Nonemo ex Salmantinen-
sibus, qui præmanibus habuit d. l. 4. Verius p. poterit
comprobari decisio ex l. 22. de alimentis leg. quam
ad aliud supra Explicui; nam in ea aseritur, quod
si alimenta per fideicommissum relinquuntur, non
Expressa quantitate interpretatio sumitur defici-
ente consuetudine testantis ex eo, quod ceteris lega-
tarijs, aut fideicommissarijs ejusdem ordinis reli-
querit, et hoc relictum creditur hzm. ubi quanti-
tas unius legari Verificatur ex quantitate simili
fideicommissario relicta. Verè ergo Papin. docuit in
d. l. 4. ex comparatione Valoris fundi Sejanus denum
Conjecturam ad fundum Marianum, qui præstan-
dus erat. In hanc etiam partem adduci potest l. 52.

l. Vlt. §. Vlt. de
Vno leg.

l. 22. de alim.
leg.

S. l. de Iudicijs, ubi relicti tenentur frumentarij liberi,
 et si maior pars hereditatis in Provincia sit, tamen Ro-
 mae contra Regulare principium praerantur. Cum appa-
 ret (inquit Vlp.) hoc testatorem sentire ex genere com-
 parationis: q. hoc facit Relatio comparationis in praefata
 hypothese. Etiam potuit conjectura de summa ex rei com-
 paratione in specie Papin. facit etiam ad fulcrum deci-
 sio l. 30. de leg. 2. Et potest etiam ponderari lex 2. de
 Cond. et Dem. junctis pro ejus explicat. Donell. in l. 43.
 de Verb. Oblig. num. 7. Gomez. l. Variar. cap. 12. n. 75. ubi
 Ayllon, et facit Petrus Barb. in l. 1. soluto matr. 3. p.
 n. 55 =

N. pen.

Sed contra Papin. decisionem in d. l. 1. potest pon-
 derari altera eiusdem Papin. sub eadem inscriptione.
 Speciei in l. 9. §. 3. de leg. 3. ponitur, quod qui com-
 paravit praedia Sejana, et Gaviniiana uno pretio, et
 uno instrumento emptionis, postea legavit praedia
 Sejana Titio, sicuti comparata erant: dubitatum
 fuit, an utraque praedia deberentur legatario, ac-
 ceptat legatarius, quod omnia praedia Gaviniiana,
 et Sejana sibi debebantur, eo quod testator lega-
 vit ea utri comparata erant, et quod Gavinia-
 na etiam instrumento uno continebantur; a
 contrario heres allegabat, quod Sejana praedia
 tantum erant comprehensa, non vero Gaviniiana;
 q. quod unico pretio empta essent a testatore, n.
 est argumentum unitatis eorum. In quo dubio
 Papin. rescribit, Gaviniiana non comprehendi,
 nisi legatarius possit probare, quod testator om-
 nia ea praedia sub ratione unius possidebat, id
 est sub una praediorum universitate, quod ex lo-
 quendi usu Poderium dicitur, licet non ex Iuri,
 aut Latinitatis nomine, ut notavit Alex. 6. con-

Explic. l. 9. §. 3.
 de leg. 3. cum alijs.
 Circa expositionem
 d. l. 1. §. 3.
 V. Sed si Pap. de
 fund. in rem. faci-
 unt Iura in l. 32.
 §. 2. de Usufr. leg.
 §. 39. de Pignori.
 et que dicit Prae-
 ceptor in tract.
 de Invectis. facit
 elegans et in l. 6.
 de Pignori. junct.
 eius gloria.

sil. 204. n. 6. Menoch. consil. 409. n. 64. et alij apud Aug.
Barb. de Appellat. claus. 203. nos dicimus: In gada La-
tini Synterim. dicere videntur pro Univeritate proediorum.
l. 34. §. Sempronius de auro, et arg. Vide Cuiac. in
Tert. d. l. 1. et præter Mothom. et Calvin. Alciat. 2.
Pareus. cap. 21. et 6. cap. 9. Turneb. 13. advers. cap. 18. Syprus.
2. Saturnal. cap. 2. et quod ex rationibus testatoris con-
staret, quod confusi erant amborum proediorum redi-
tus, et quod nomine unius fundi exigebantur, licet
propria nomina cujusque proedij essent conservata, ex
quo ita potest argui. En ubi id solum quod rationi-
bus Patrifam. confusi exacte constarent utriusque
fundij reditus, sufficit, ut ambo legatario debeantur,
quin necessarium sit recurrere ad aliam conjectu-
ram; sed in specie d. l. 1. pariter affirmat Papin. ex
rationibus testatoris constare fundum Mævianum
ex plurius Mævianis constantem pro uno nomina-
tum esse elicium: q. ex hac sola conjectura Univeria
poverio Mæviana debuit intelligi relicta, et n. ille
specialis fundus Mævianus, qui magis responderet
pretio fundi Sejani. Viget difficultas ex eleg. ^{ti.} in
l. 20. §. 1. de fundo iniri. iuncto Paulo. 3. Sent. tit. 1.
§. 14. ubi quaerit Scaevola, an fundo Græciano Sorori
relicto debeantur etiam pascua, quæ ad testatorem
simul cum fundo pervenerunt? Et respondet etiam
pascua deberi, si pascua in vrbis fundi Græciani ha-
buit testator, et ita conjunxit, et sub una fundi appe-
llatione haberentur. En ubi quod testator diversa
praedia habeat pro uno, et nomine sufficit, ut om-
nia debeantur legatario; sed in d. l. 1. ex rationibus
constabat, quod omnia Mæviana praedia sub
unius poverionis appellacione testator habuit: q. tota

L. 20. §. 1. de
fundo iniri.

tota possessio Mæviana ad legatarium expectare de-
 buit in specie Papin. Similiter ponunt ponderari d. l. 91. §. 4. 5. et
 l. 91. §. 4. 5. et 6. de leg. 3. in quibus domo legata et Balnear, 6. de leg. 3.
 et hortus Vicinus, et Insula comprehenduntur ex eo, quod
 pro una possessione testator habuit: q. similiter in d. l. 1. §. 86. §. 1. de
 Eiusdem ponderationis est lex 86. §. 1. de leg. 2. ubi legato leg. 2.
 fundo Seiano, quem testator pro vita melioris cultura
 causa dividerat appellando partem unam Sejanam su-
 perioiorem, et alteram Sejanam inferiorem, aiecit Pau-
 lus, unam, et alteram partem deberi legatario, si testa-
 tor uno nomine prædium appellabat: Cuius q. n. suf-
 ficere hoc in specie d. l. 1. ut Univeria Mæviana po-
 sessio uno nomine appellata legatario debeatur.

Sed ut hi Iuribus uno iura N. Vlt.

Satisfaciamus, notandum est in diversis terminis Ver-
 sari speciem Papinianam in d. l. 1. ac militante Iura
 superiori num. adducta; Nam hæc procedunt in lega-
 to simplici unius fundi; at dicit lex 1. in legato alter-
 nativo fundi Seiani, aut Mæviani; in illi dubium
 legati non potest verificari ex comparatione alterius
 Extremi; quia nullum aliud subjectum est in ipso
 speciebus; at in d. l. 1. cum per alternativam legatus
 etiam esset fundus Seianus, potuit ex collatione fundi
 Seiani, et ejus valoris demum conjectura. Præterea in d.
 l. 91. §. 3. et ult. et in d. l. 20. §. 7. non solum conjectura
 unitatis nominis concurrebat, sed multæ coadunare,
 nempe quod uno pretio utraque prædia comparata erant.
 Præterea quod testator unus fuit ei pro uno fundo re-
 ditus sine distincte exigendo, et ita concurrebat consue-
 tudo propria testantis, quæ potissima est conjectura
 ad interpretandum dubium legatum. x. l. 50. §. Vlt. de
 Contra discrimen inter l. 91. §. 3. cum leg. de leg. 3. l. 20. §. 7. de fundo insti. l. 86. §. 1. de leg. 2. l. 1. de reb. dub. quod tradunt Donell. in ea. Cus. 8. obs. 1. cp. 25. Orzega in l. 31. de leg. 3. sic in stabis: Destina- tio Parvifam. ex- cludit aditu ra- tionem, et alias conjecturas in l. 91. §. 4. de leg. 3. ergo similiter in d. l. 1. debuit des- tinatio excludere Conjecturam Equi- parationis in al- ternativis.

leg. 1. l. 21. §. ult. Qui test. fac. poss. l. 75. de leg. 3. ut latè dixi
in hac conjectura num. 6. cum leg. et in d. l. 91. §. 4. et 5. Con-
currit etiam usus, et consuetudo testandi, quod etiam ac-
cidi in d. l. 86. §. 1. Et præterea quod fundus erat unus
tantum cultura causa divisi, quod unam alterare n.
potuit; Unde nihil mirum, quod uno fundo legato, et
alia debeantur, in quibus concurrunt adeo verosimiles
conjecturae voluntariæ, ut licet n. omnia Iura rimari
notavit Cujac. J. Resp. Papin. in d. l. 91. §. 3. cum leg. et ex
eius mirabilis præmi deducitur, quod vendita, aut legata
domo, comprehenduntur alia prædia accessoria, si eodem
nomine nuncupentur, et fruendo habitando, fructu, et
redditu percipiendo, et promissive venditor, aut testa-
tor utebatur, ut notant Gomez. 2. tom. Raz. cap. 2. n. 13.
Castillo. 5. Controv. cap. 62. n. 22. et 31. cum leg. Hieronilla
in l. 29. tit. 5. part. 5. gloria unica a n. 11. Salgado de Pro-
tect. 4. p. cap. 10. en n. 102. et plures alij apud Ayllon lib. 2.
cap. 2. n. 11. et in d. l. 1. non concurrebat consuetudo tes-
tandi, nec alia conjectura, sed tantum quod sub uno
nomine in rationibus Patris continebantur, et nomen
per se solum non sufficit, si deficient alia conjectura. d.
l. 86. §. 1. de leg. 2. et cum alter Sejanus fundus contineretur
in legandi clausula, merito parvi una dubia alterna-
tive per alterius parvi certe valorem demonstratur,
ut comprehendatur in legato fundus Mærianus, Se-
jano æquivalens. Hoc credo, quibus indidit solita
silencia temporis. Utinam in laudem Redemptoris nri,
et Beatæ Virginis Mariæ, et sui sponsi Iosephi, Veram
utilitatem, in qua solum et Mundi famam, et Deifi-
canti gloriam locamus, extorquet merito veniam nova
prosecuta tractatio =

Sectio 3^aDe exitu legati dubij
deficientibus conjecturis.

Deficientibus conjecturis, quas respiciamur lustravimus N. 1.
sect. anteriori. iuxta literam totam in l. 50. §. Ult. de
leg. 1. succedit præsentem, et non ignobili inspectio de exitu,
hoc est de effectu de præstatione in legato dubio eis
deficientibus, in quo certam regulam tam vulgaram quam
veram in limine monstramus, nempe quod in obiculis le-
gati, et dispositionibus minimum præstandum est. l. 34. §.
de Reg. Iur. l. 39. §. Serio. l. 32. §. 1. l. 50. §. Ult. cum seq. d. l. 1.
l. 29. §. 1. l. 43. §. 1. de leg. 2. l. 75. de leg. 3. arg. l. 38. de Præ-
nu. Hujus principij ratio manifesta est, et alij pariter
Regulæ fulcituram; q. quoties propter dubietatem, aut
obscuritatem legæ non constat liquido de re legata, sem-
per admitti debet ea interpretatio, ex qua minimum
gravamen heredi veniat, ut potè qui habet conceptum
debitum, et magis dilectus. l. 6. §. Si rem. de leg. 2. l. 1.
l. 112. de Reg. Iur. l. 38. §. In stipulationibus. et 39. de Pac-
tu. l. Cum in lege. 33. de Pactu. Contra h. empl. §. Utique
fabricaretur, si dubia existente dispositione poneret heres
compelli ad præstationem rei maxime, aut medie. Ace-
dit Vulgata Ratio, quod regulariter electio in dubio debi-
toris est, non creditoris. l. 106. cum Vulg. de Verb. Oblig. l. 10.
§. Ult. de Iure dot. l. pen. C. de Condict. indeb. §. Huic au-
tem. In tit. de action. junctis pro illustratione Regulæ Do-
nello. 15. Comm. cap. 2. ubi Osnwald! Ant. Sabro. 2. conjectur.

cap. 15. et 1. cap. 5. Valencia. 2. tract. 4. cap. 6. n. 33. Iul. Caponus
 de stipulat. 2. p. quart. 4. n. 40. ad praxim Carlebal de Iudic.
 n. 3. dup. 3. n. 19. et 25. et copiosa remissione Olea tit. 2. q. 1. n. 40.
 et alij infra referendi; Unde stante facultate electionis in
 herede tanquam debitore in legato dubio semper praeumi-
 tur, minimum electurum ex reg. l. 109. de Verb. Oblig. l. 12.
 eod. l. 13. 5. Vlt. de leg. 2. et ratione huius praesumptionis in
 minimo consistit obligatio; nam quamvis postea possit ac-
 cidere, ut ipse haeres non minimum, sed maximum, aut me-
 dium velit praestare, hoc liberalitas est, et donatio, non
 vero vis alicuius obligationis; nam ea inspecta, ut dixi,
 minimum tantum praestare tenetur, ut docent pro explic.
 nra Regula Cusac. in d. l. 9. et 39. de Reg. Iur. et lib. 19. qq.
 Papin. in l. 14. 5. de leg. 1. Donell. in l. 27. de Rebus dub. et 15.
 Comment. capt. Giphan. in l. 106. de Verb. Oblig. eleganter
 Petr. Faber, et Jacobus Gothofr. in l. 9. de Reg. Iur. et ad morem
 forensium magis Gomez capt. n. 39. ubi plenam scripturam
 subcenturiationem comparavit Ayllon, et non inub-
 iliter exprimit P. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 7. n. 7.

Sed adversus iactam Reoulam

N. 2.

Deficientibus con-
 jecturis procedit reg.
 l. 9. de R. I. l. 14. 5. t.
 de leg. 1. cum alij,
 q. tunc declaratio
 voluntati compe-
 tit heredi. l. 37. 5. t.
 de leg. 1. aut quando
 conjecturis detegi
 possit testantis vo-
 luntas, tunc de-
 claratio locum
 n. habet, sed prae-
 stari servus, de quo
 sentit testator. ar.
 l. 34. de auro leg.
 Ortega in l. Vlt.
 de hered. vend.
 n. 23.

prima fronte potest opponi quod ratio conjecturae de-
 sumptae ad minimi praestantionem ob hoc quod n. intelli-
 gatur testator heredem gravasse voluisse generica est; nam
 si vera esset, etiam cum ad hunc conjecturae considerata
 in l. 50. 5. Vlt. de leg. 1. l. 27. qui testam. facere. l. 75. de leg. 3.
 posset locum habere praefata conjectura, ut minimum prae-
 staretur, neque esset necesse per scrupulosas cavillationes,
 et conjecturarum latice rimari voluntatem testantis.
 Similiter regula supra considerata quod in dubij electio
 fit debitori, generica est, et pariter poterat militare stan-
 tibus alij conjecturis; nam semper debitor est haeres, et
 semper supponimus dubium legatum; sed in dubio elec-
 tionem

tionem præstamus hæredi: q. oratione videntur omnes con-
 jectura relata in d. l. 50. §. vlt. cum adducti sect. 2. per
 totam. Vaget magis consideratio facta collatione con-
 jectura desumptæ ex dilectione hæredi, et derumptæ ex
 dilectione legatarij; quippe docuimus, quod deficiente con-
 suetudine testanti, et Regionis interpretatio sumenda
 erat in legato dubio ex dignitate legatarij ex reg. d. l. 50.
 §. 5. vlt. l. 52. §. 2. de Iudicij. cum pluribus adductis sect. 2.
 n. 12. et hac deficiente ex charitate, et dilectione lega-
 tarij. d. l. 50. §. vlt. et adducta n. 27. Item ex vinculo
 Sanguinis. x. l. 28. §. 3. de liber. leg. l. 26. de Probation.
 d. l. 50. §. vlt. et adducta n. 29. cum seqq. et in his omni-
 bus casibus fit interpretatio in maximo, non in minimo,
 ex quo facta collatione difficultas exoritur; Nam si
 ratio dilectionis, et charitatis, necessitudinisque ex
 parte legataria sufficiens est ad inducendam præ-
 stationem in maximo, cur non eadem ratio dilectio-
 nis, et amoris erga hæredem? Et ratio dictæ neces-
 situdinis; Nam proutumque hæredes sunt filij, aut propin-
 qui, debuit efficere, ut interpretatio sumeretur in
 minimo, ex quo hæredi gravamen magis dilecti
 impediebatur. Accedit, quod ut legatum dicitur ho-
 nor, et affectio, qua testator prosequitur legatarium.
 l. 2. Pro Socio. l. 3. §. 2. de leg. præst. l. 11. §. 21. de leg. 3.
 ita et institutio honor dicitur. l. 5. §. 6. de leg. præst.
 l. 21. Si quis omnia caa. Novela 115. §. 5. Hæc autem:
 q. in æquali dilectione hæredi potius debuit hæc
 prævalere tanquam debitori quam legatarij tanquam
 creditori, præcipue cum favor maior sit in debitore ex
 Reg. l. favorabiliores. de Reg. Iurij, et proniores sumus
 ad eliminandam obligationem quam ad ipsam inclu-

dendam l. 47. de Oblig. et Act. l. 39. de negot. gest. Sed
 huius difficultatibus faciliter respondeatur, quod præsump-
 tio dilectionis hæredi nè gravatus intelligatur. d. reg.
 d. l. 67. §. 8. de leg. 2. d. l. 14. §. Vlt. de leg. 1. non habet tantam
 efficaciam, quam dilectio erga legatarium respectu legari.
 Ratio est, quia n. habet locum præsumptio hæc, ubi constat
 de contraria voluntate testantis, et contraria voluntas
 est etiam, quæ resultat ex conjecturis apponitur in d. l. 50.
 §. Vlt. l. 21. §. 1. qui testam. facere. cum supra adductis.
 Unde mirum non est, quod maior vis tribuatur vo-
 luntati testantis, quam habet pro se legatarius. Ratio
 rationis est, quia hæredi, etiam si alter ferat legatum,
 datur hæreditas, in qua exercetur fervor dilectionis;
 at in legatario nihil remanet, nisi legatum haberet,
 in quo præsumptio dilectionis exercetur. Manet ergo
 verum esse, non antea posse considerari præsumptionem,
 quæ minimum hæredem gravet, quam si perverniamus
 ad regulam subsidiariam, de qua in d. l. 9. de Reg. Iur.
 l. 15. de leg. 3. cum supra adductis, et nunquam hæc
 regula subsidiaria locum habere potest, nisi cum defi-
 ciunt omnes conjecturæ positæ in d. l. 50. §. Vlt. quod
 dixerit annotavit Cuius in l. 34. de Reg. Iur., et nos
 diximus sect. 2. n. 24.

N. 3.

Explic. l. 32. §. 1.
 cum l. 20. §. 1. de
 leg. 1.

Ex hac ita stabilita regula sub-
 sidiaria, et præcogniti requisiti legari dubij, quæ sub-
 jecimus sect. 1. per totam, exponenda sunt plura Iura,
 quæ ab hac regula lucem accipiunt. Et primo quidem,
 l. 32. §. 1. de leg. 1. ubi Vlp. 20. ad Sabinum ponit, quod qui
 plurimos stichos habebat, stichum legavit, queritum
 fuit, an si non appareat, de quo sticho sensit testator,
 inutile sit legatum, aut si utile, qui stichus præstandus sit.

sit? Et respondet per suppositionem utile esse legatum,
 et per decisionem eam strictum deberi, quem heres ele-
 gerit. Ratio manifesta est; nam in ea agitur de legato du-
 bio, in quo testator ad intra de certo seruo renit, licet
 de eo ex accidenti propter equivocationem nominis n̄
 ponit constare. v. Regulam adjectam sect. 1. n. 6. et cum de-
 ficiant conjectura considerari in d. l. 50. §. Vlt. merito
 recurritur ad Regulam subsidiariam, nempe quod in
 obicuri, et dubijs dispositionibus id, quod minimum est,
 prestat. l. 9. et 39. de Reg. Jur. et quamvis in d. l. 32.
 §. 4. expresse non dicatur, strictum minoris valori pre-
 standum esse, tamen id virtualiter dicitur; nam cum
 electio prestat heredi, idem est ac si minimum dice-
 retur; nam cum debitor sit heres, n̄ presumitur rem ma-
 joris pretij prestatum, sed minimam. l. 43. §. Vlt. de
 leg. 2. l. 12. et 109. de Verb. oblig. l. 25. de Probation. cum Scrip-
 toribus adducti Num. 1. in fine. Sed contra prefatam
 decisionem acriter obicit Vulgaris Papini locus in l.
 20. §. 1. eodem, ubi ponit, quod qui duos seruos habebat,
 unum ex his legavit, quantum fuit, cum n̄ intelligeretur,
 quem seruum testator legasset, qui esset prestandus,
 ad quem pertineret electio? Et respondet, eum seruum
 deberi, quem legatarius elegerit: q̄. perperam in eadem
 fere specie contrarium docuit Vlp. in d. l. 32. §. 4. Sed
 hunc difficultati, omnino varij Antiquorum solutioni-
 bus, Respondendum est, diversos esse terminos Verumque
 species; Nam in d. l. 20. §. 1. Seruum non nominavit, et
 ita legatum genericum est, in quo si per vindicationem
 sit electio, pertinet ad legatarium. l. 37. §. 1. de leg. 1.
 cum alijs infra referendis, et docent Cusac in d. l. 37.
 §. 1. et in d. l. 32. §. 1. Sarmiento. 8. select. in l. 43. de leg. 2.
 ex pluribus antiqui Peri. Barb. in d. l. 37. n. 20. at in

De intellig. l. 83.
 §. 1. de V. O. l. 27. de
 reb. dub. Donell. in
 d. l. 21. et ad d. l.
 20. l. 37. §. 1. de leg. 1.
 Ortega in l. Vlt.
 de hered. vend.
 n. 23. Ponunt
 Eppendi lex 29.
 de Solut. 54. et
 W. de V. O. Do-
 nell. 7. c. 10. Cus.
 in d. l. 54.

d. l. 32. §. 1. de certo seruo sennt, quod patet ex eo, quod
nominavit stichum. arg. l. Nominatum. Do. de Cond. et
Dem. Unde legatum dubium est, et ita recurrimus in eo
ad Regulam subsidiariam = Sed dicei, nullam posse consi-
derari in hoc rationem differentie inter legatum gene-
ricum, et dubium. Nam respondendum est, quod et in
hoc crediderunt plures, et inter eos Castillo. 4. Controv.
cap. 4. n. 14. tamen Vera, et Realis est differentia inter
Vtrumque legatum, quam clare ministravi sect. 1. n. pen.
et ult. et affirmat eam Vlp. in l. 32. §. 1. de leg. 1. Nam cum
in principio totum aseruinet, homine legato generaliter
eligendum esse medium, non vero summum, aut in-
fimum. ^a ^{am} l. 110. de leg. 1. postea in §. 1. subdit, qd
si de certo fundo sennt testator, nec appareat de quo
cogitavit, electio heredi est, id est seruis infimus
potest praestari, nempe quia in d. §. 1. agebat de nomine
legato dubio, et ideo dixit. Si de certo fundo sennt
ad differentiam generici, in quo certum a principio
deducitur, et ita merito locus est Regule subdria-
riae notae, ut latius minutatim explicui pro inte-
llig. d. l. 32. sect. 1. n. ult. Similiter ergo in d. l. 32. §. 1.
qd de certo seruo sennt, electio heredi est, id est
conuenit in minimo praestari. ^a d. l. 9. et 34. de Reg. Iur.
at in d. l. 20. §. 1. cum incertum sit, fit locus electioni
legatarij. ^a Regulam legati generici per vindicatio-
nem, ita in sensu, licet non ita expresse praedicta
Iura conciliat Glor. in d. l. 32. §. 1. et Goffred. in ea,
et in l. 20. et in l. 39. §. 6. et in d. l. 32. §. 1. de leg. 1. Curac.
in d. l. 32. §. 1. et licet non ita expresse Gomez. l. Variar.
cap. 12. n. 18. et 32. Veri. Item.

N. 4.
Explic. lex 39. §. 6.
de Reg. 1.

Secundo ex ea Regula inter-
pretari potest lex 39. §. 6. de leg. 1. Refert Vlp. quod tes-
tator

tator, qui duos fundos Cornelianos habebat, legavit
 indefinito Titio fundum Cornelianum, Vnus fundus erat
 maioris pretij, nempe valebat 50. alter minoris erat 20. obitat l. 3. §. 2. de ann. leg. Reipf. Ex l. 43. de leg. 3. circa perfectam inductionem d. l. 39. §. 6. Donell. in l. 24. et 29. de reb. dub. obitat ex aie l. 39. de contrah. empt. de qua Orteg. in l. 17. de hærede vendita n. 22. et 23. obit. etiam l. 66. de Iudicijs. l. 83. §. 4. de V. O. ubi Donell. et Cus. ignorat. in l. 5. §. 17. de Rei vendic. quem explicat Meia. 3. Varias. cap. 15. n. 16. Gomez. l. cap. 9. n. 12. Pacius centuria. 2. q. 7. per totam.
 minoris, nempe 20. tantum valebat. Quantum fuit, si legata-
 rius diceret, maiorem fundum legatum fuisse, hæret vero
 minorem, qui fundus esset præstandus? Et respondet pro
 Comperto, et Veluti ex Vulgari ss, minorem fundum le-
 gatum videri, si maiorem fuisse relictum non potuerit
 docere legatarius. Cuius decurso facile ex superiori reg.
 adstruitur; quippe in eo agit Vlp. de legato dubio: nam
 de certo fundo sennit testator ex eo quod nominavit
 Cornelianum ex Regula l. Nominatim. 90. de leg. 3. l. 32. §. 1. de leg. 1. et ex accidenti propter Inuocam fundu-
 rum appellationem, non potuit constare statim de quo
 fundo testator sennit iuxta Reguam adductam sect.
 l. n. 6. et cum deficienti conjectura considerare in d. cap. 15. n. 16. Gomez. l. cap. 9. n. 12. Pacius centuria. 2. q. 7. per totam.
 l. 50. §. 17. l. 75. de leg. 3. cum reliquis adductis sect. 2.
 merito recurrit Vlp. ad niam Reg. subdianam, nempe
 nempe quod in dubio id, quod minimum est, legatum
 videatur ex reg. l. 9. et 34. de Reg. Iur. cum adduct. n. 1.
 Ratio rationis est, quia cum peruenimus ad regulam sub-
 dianam, consideratur hæret ut debitor, cuius cum elec-
 tio n. 2. a Reg. l. 10. §. 17. de Iure dot. semper minimum
 præstativum præsumitur. l. l. 12. l. 83. §. 3. l. 109. cum
 alij. de Verb. oblig. l. 25. de Probation. l. 43. §. 17. de
 leg. 2. quod in eadem specie contractus, ut credo, docuit
 Moderinus. 6. Epit. ubi ait, quod si ex pluribus fundis, qui-
 bus idem nomen impositum erat, qui unum stipulatus
 fuerit sine ulla nota demonstrationis, incerte stipu-
 latus videatur, id est cum fundis stipulatus, quem promi-
 ssor dare voluerit, quod independenti est, donec solvatur;

quippe habebat promissa tres fundos Cornelianos, stipu-
 latio facta fuit de uno simpliciter electio est promissionis;
 nam potest dare quem velit, et hoc respectu incerte dicitur,
 ut contra Bartholum, qui aliter speciem collocavit
 in l. t. de Verbi dub. notat Marius. 4. Singular. cap. 11.
 n. 4. non vero incertum est, quod potest minimam glebam
 dando dextrioriam facere promissionem ex reg. l. 69.
 §. 4. de Iure dot. l. 94. et 115. de Verb. oblig. ut perperam vo-
 luerit alij ind. l. tob. nam cum diversi fundos Cor-
 neliani habueret eiusdem nominis, unum ex Corneli-
 anis certis limitibus constantem debuit dare; Unde non
 est timor dextriorie praeiterationis. arg. l. 11. de leg. 1. iuncta
 explicatione, de qua sect. 1. n. 3. et 7. est enim ibi Verbum
 incertum pro dubio, ut in d. l. 39. §. 6. de leg. 1. et cum in
 dispositione dubia electio sit debitoris voluntate pendere
 dicitur in d. l. tob. non an valeat stipulatio contra
 Reg. l. 8. de Verb. oblig. Sed quem fundum ex Cornelia-
 nis praeter, quod idem est ac dicere fundum mino-
 ris estimationis praestandum; nam et si maiorem
 potest heredi praestare, si velit hoc, non Regulari effectus
 promissioni est, sed exuberantia liberalitatis, ut
 dixi supra n. 1.

Sum 3

N. 5.

Intellig. l. 86. §. 1.
 de leg. 2. l. 9. de
 Verbi dub. l. 30. de
 tit. 2.

Sed contra nuper adductam decurionem
 solet opponi lex 86. §. 1. de leg. 2. ibi Paulus. 13. Respons.
 ponit, quod qui inter alia fratris filio fundum Seja-
 num, quem testator in duas partes dividerat, unam
 appellando Sejanam superiorem, aliam Sejanum in-
 feriozem, quaeritur fuit, quae pars deberetur, maior, an
 minor, vel an totus fundus. In quo respondet, quod si
 testator fundum uno nomine possedit, totus fundus debe-
 tur legatario, nisi heredi parati sit probare de qua parte
 testator senerit, quae haec ponderatio fieri potest, ut in
 d. l. 39.

d. l. 39. §. 6. duos fundos ejusdem nominis habuit testator, et
 unum legavit, ex quo resultat nominis dubietas, ita in d.
 l. 86. §. 1. duos fundos ejusdem nominis habuit testator,
 et unum legavit, et ex unitate nominis resultat dubi-
 etas; et tamen hic totus intelligitur relictus, nisi ha-
 rei probet, de qua parte fundi sensit testator: q. si mi-
 liter in d. l. 39. §. 6. Uterque fundus ad legatarium de-
 buit expectare, nisi haeres probaret de quo fundo Cor-
 neliano testator sensit, et consequenter probatio ad
 legatarium non debuit transferri in d. l. 39. §. 6. cum in d.
 l. 86. §. 1. ad heredem expectet. Cujus difficultati facili-
 evasio est; nam in d. l. 86. §. 1. non erant duo fundi se-
 parati cum eodem nomine, sed unus, qui melioris
 culturae causa divisus erat in duas partes; quae divi-
 sio unitatem fundi alterare nequit, et ita cum pra-
 fatum fundum legaret, quem uno nomine possidebat,
 merito pertinet ad fideicommissarium; nam id so-
 lum praestatur, quod relictum fuit, nisi haeres probet
 non de toto, sed de parte sensit testatorem, quo casu
 haec solum debetur, quin obiter lex. l. de Reb. dub. de cu-
 jus intellectu cum d. l. 86. §. 1. egimus sect. 2. num. pen.
 et ultra in d. l. 39. §. 6. Erant duo fundi separati ejusdem
 nominis; Unde cum fundum Cornelianum legaret, et
 deficiant conjecturae, merito regulae subsidiariae lo-
 cus est, nempe quod minori est pretio, fundus legatus
 credatur ex reg. l. 9. et 34. de Reg. Jur. l. 75. de leg. 3. Nec
 potuit dici, Utrumque fundum expectare ad legatarium,
 quia unum tantum legavit testator, et propter nominis
 unitatem dubium est legatum, quod accidere nequit in
 d. l. 86. §. 1. quia ibi nullum dubium proprie exurgit, cum
 unus tantum sit fundus divisus solum culturae causa, ut
 pro doctrina potius quam comminatione docent Goffred.
 in d. l. 39. §. 6. d. l. 86. §. 1. ubi Curac. et generaliter Scriptores

adducti num. 4. necnon Zamora ad Rubricam. de Ver. dub.
n. 22. Poterant etiam opponi contra d. l. 39. §. 6. l. 10. §. 28.
de Ver. dub. l. 31. de Manumiss. test. l. 17. §. 5. Si hæres de leg. 2.
cum l. 30. de testam. tut. l. 18. de Vusu leg. l. 17. §. 4. de leg. 2.
l. 14. et 16. C. de fidei comm. libert. de quarum intellig. bre-
vi actu sect. 4. n. 2. et 3.

N. 6.

Intellig. l. 43.
§. 16. de leg. 2.
et plura alia.

Sub eadem clausula regulæ hujus
subordinariæ solet intelligi etiam in l. 43. §. 16. de leg. 2. ubi si
quis legavit, ita: Decem, aut quindecim hæres dato, proinde
est ac si decem sola legata essent, admodum quo si relictum
esset: Post annum, aut biennium, hæres dato post biennium,

l. 83. §. 3. de leg. 2.
l. 12. §. 83. §. 3. l.
109. de V. O.

quod idem in stipulatione docuit ipse Pompon. in l. 18.
l. 109. de Verb. Oblig. l. 83. §. 3. eodem, juncta l. 4. §. 5. Si sti-
pulant. Rationem in eo ponit Pompon. quia hæredi esset
potestas in eligendo, qui minimum electurus præsumitur.
l. 106. de Verb. Oblig. juncta l. 39. §. 6. de leg. 1. l. 32. §. 1. eod.
et ita sola decem sunt in fideicommissis, et legato, et pro-
missione, non vero quindecim; nam quamvis dici soleat
in alternativi, utrumque esse in obligatione, et hoc res-
pectu duo legata dicantur. l. 8. §. 1. de leg. 2. l. 34. §. pen. de
leg. 1. l. 23. de leg. 2. l. 10. de Vusu leg. Unum vero in soluti-
one, et præstatione, quorum unum solum legatum dicitur.
l. 8. §. fin. de leg. 1. l. 27. de leg. 2. n. Vulgarum conciliationem,
quam proferunt Madera animadvers. cap. 20. Olano
lib. 1. Paralipom. cap. 13. n. 17. hoc habet solum locum inter
disjunctam re, et Verbi, ut decem, aut Stichum, Herodem,
aut fundum; secus est, ubi Verbalis est tantum disjunc-
tio; re autem conjungitur, ut in exemplo summarum,
et temporis, quo casu non est proprie alternativa, sed
ejusdem rei, cum majori quantitate minor sit. l. 4. §. 4.
de Verb. Oblig. ut recte Godeus de Contract. stipul. cap. 8.
Conclus. 10. num. 2. Quin necessarium sit recurrere ad ali-
am distinctionem rerum, in quibus non cadit affectio,
qua utitur Olano. l. cap. 13. n. 18. Sed proprie hæc Pomponij deci-

24.
Decurio non expectat ad novum legatum dubium, q;
de re statim apparet, quin necessarium sit recurrere
ad Regulam subsidiariam, aut ad conjecturas, in quo,
ni fallor, decipitur Salmanticensis; nam primo per dam-
nationem legatum proponitur, quo casu heredi electio est
in genere, et alternativa. l. 41. §. vlt. l. 41. §. Sed si
strictus. l. 109. §. 1. de leg. 1. l. 4. de Vno, et cum inter duo
venitur tantum extrema, nec datur medium, minor
ex presumptione electionis debetur summa, non vero
ex regula subsidiaria, quæ tantum in obicuri loquitur
d. l. 9. et 34. de Reg. Iur. l. 15. de leg. 3. conducit Ma-
ssius. 4. Singular. cap. 11. num. 5. Propterea si proprius
loqui velimus, nec ex vi electionis heredi in alter-
nativo legato per damnationem contingit; nam et si
hæc regula in se certa sit, non est necessaria in d. l.
43. Nam ut ex Gedeo docuit, non est alternativa
obligatio, sed una in decem, et antea docuit Gos-
fredus in d. l. 43. §. vlt. Nec obstat, quod in fine ait,
quod poterit sit heredi in eligendo, quia n. ait,
ut ipse responderet est, sed erit, quasi diceret in
alio alternativo per damnationem minor summa
deberetur, quia erit poterit electionis in herede, sed
hic necesse non est, cum decem solum legata cre-
dantur. Sed verè in summa in idem Verumque con-
vertitur: Nam si in præfata specie legatum erit per
vindicationem, dubio procul legatarius eligere po-
set quindecim, ut ipse Goffredus fateatur: 8. 9. an.
conversit præciè fideicommissum in decem. Accedit, q.
ait 101. Pro eo est, quod similitudinem denotat, sed
non identitatem ex reg. l. 32. De portu; Unde n. negavit
Cui quindecim etiam esse in fideicommissum, sed

attento effectu, et hæredi electione dixit, pro eo enim,
ac si tantum essent decem, q. cum potestatem habeat
hæri in eligendo propter verba damnationis, et presu-
matuz minimum electurum. l. 106. de Verb. Oblig. l.
32. S. 1. idem est ac si tantum decem legasset. Quam ultimam
solutionem veram existimo, sed ut dixi, hoc ex re-
gula subsidiaria non provenit, et admodum quo legatum
genericum propriè dubium non est, non alia ratione nisi
q. reducitur ad certitudinem per modum invariabi-
lem electionis, ut fundavi sect. 1. num. pen. et ult. ita
nec in specie d. l. 34. S. 1. ult. legatum dubium dici potest,
cum sit idem modus certificandi per electionem, ibi:
Potestas in eligendo.

N. 1.

Ex pl. l. 47.
de leg. 2.

Ad eandem regulam expectat
suppositione, et re difficili Proculi locus in l. 47. de
leg. 2. Ponit, quod duo testamenta eodem tempore
Exemplari loco adscripta apparuerunt ejusdem tes-
tatoris, in uno testam. centum, in alio quinquaginta
aurei legati fuerunt Titio: quantum fuit, Verum
quinquaginta aurei simul cum centum petere Titi-
ui legatarius possit, an solum centum, an solum quin-
quaginta. Cui dubitationi respondet Proculus, hoc casu
parcendum esse hæredi, ideoque Verumque legatum nu-
llo modo deberi, sed tantummodo quinquaginta aurei.
Ratio hujus decisionis prima facie perspicua videtur, et
à nrâ regula dimanans; Nam in hac specie propter dupli-
citatem testamenti ab eodem Patrefam. confecti dubium
erat legatum, id est quantitas ex eo præstanda, admodum
quo dubium appellamus legatum propter hoc, quod nomen
rei legatæ cum alia conveniat, ut in specie d. l. 32. S. 1.
l. 39. S. 6. de leg. 1. et cum in legato dubio sumatur in favo-
rem

rem heredi interpretatio, ita ut minimum praestando
 liberetur ex reg. l. 9. et 34. de Reg. Iur. l. 75. de leg. 3. l. 43.
 S. 1. de leg. 1. juncta l. 39. de leg. 1. l. 29. S. 1. de leg. 3. juncta
 huius, quae adduximus n. 1. ideo avertit Proculus, parandum
 esse heredi, id est sumendam esse legati interpretatio-
 nem, quae minimum grauet heredem, quod est ut praes-
 tet minorem summam quinquaginta, ex qua decisione
 eam deducunt conclusionem tam speculativam, quam
 forensis, quod si in duobus testamentis aequae principali-
 bus ejusdem testatoris inveniatur diversa summa Tri-
 tio legata, standum sit minori quantitati; si vero non
 sint aequae principalia, sed unum altero nobilius, ut Proto-
 colum, et transumptum, tunc attenditur ad legatum
 summa contenta in Protocolo, non vero in transumpto
 contineatur, ut primum docent Accursius, et Goffred.
 in d. l. 47. Reti. d. opus. cap. 6. n. 25. et secundum ad pra-
 xim magis notant Gomez. l. Variar. cap. 12. n. 38. et 53.
 Menoch. de arbitrar. casu 213. n. 15. Mantica de Conject.
 9. n. 1. num. 5. Azabedo in l. 4. tit. 4. lib. 5. n. 69. quos et
 alios adducit Aylton dict. 12. cap. et n. 56.

N. 8.
 Rationes dubit.
 contra d. l. 47.

Sed praedicta Proculi deci-
 sio difficilis in primo est suppositione; nam aut po-
 nimus, unum fuisse authenticum testam. Vulgo Pro-
 tocolum, et ex ea duo exemplaria deducta, Vulgo: Trai-
 tador: in quibus terminis intelligere Proculum vide-
 tur Vivianus, et Alexander, quem refert Menoch. d.
 casu. 213. n. 15. et tunc si ponit in Protocolo legata fuisse
 centum, in transumpto vero quinquaginta, standum est
 in Protocolo veluti principaliori, et in quo fidem n. facit
 exemplar, et quod potius attenditur. l. 2. de fide instrum.
 l. 8. famil. excic. l. 3. de Edendo. l. 4. 5. 7. Secundum tab.

l. 14. C. de fide
instrumentor.

Unde in Protocolo maior summa legata est, hæc debetur:
ergo in huius termini Verificari nequit. S. Proculi. Aut
ponimus duo fuisse testamenta non æque principalia, et
tunc velut inter se contraria, neutrum debet subistere
ex reg. l. 14. C. de fide iuratum. Quam dubitandi ratio-
nem præsentat Sarmiento sub dicto lib. 8. select. in d.
l. 45. n. 2. junctis adductis ab Ayllon d. num. 56. Et quip-
pe contrarietas ex eo constat, quod in uno testamento
maior summa, in altero minor legata est. Aut ponimus
diem subscriptionis unius testamenti esse posteri-
orem alio, et tunc testamentum posteriori attenditur.
S. Posteriori. Inscr. Quib. mod. testam. infirm. argum.
l. 16. S. Si duo. de Pignori. l. Ratio. S. fin. de action. empti.
Glossa in l. Si ex pluribus. de Solutioni, junctis adductis
à Gomezio in l. 45. Pauzi. n. 148. Aut ponimus, unum
testamentum horam habuisse subscriptionis, et alterum
non, et tunc standum est testam. quod certam horam
habet ex adductis à Simencio de momento temporis
cap. 18. n. 3. circa finem, Narbona in horographia in
antiloquio. n. tot. Olea de cessione tit. 8. quest. 3. à n. 5.
et præcipue num. 9. q. nullo in casu verificari potest

N. 9.

Oppon. l. 12. de Pro-
bat. l. 13. de Reb. dub.
l. 44. S. 1. de leg. 2.
cum alijs =

Proculi expositio =
Decisio enim, quod minor summa de-
betur, pluribus decisionibus turbida redditur. Et
ex l. 12. de Probationib. ubi Celsus ponit, quinquaginta
legata fuisse Titio in testam., et postea ab eodem testa-
tore in Codicillis indefinite legata fuisse eidem Titio
quinquaginta. Dubium evortum fuit, an una solum
quingenta peti possent; non vero una, et altera summa,
et ita centum, quamvis prima facie aserat Cui, lega-
tarium, velut petentem probare debere, an Voluntas tes-
tatoris =

tatoris fuerit legatum duplicare, tamen contrari-
 um respondet; quippe in dubio utramque summam le-
 gatam videri ex eo, quod in una, et altera scriptura
 nisi contraria voluntas testantis hæret doceat. Ex qua
 decisione difficili redditur Proculi decisio, et nostra
 subsidiaria regula; Nam ut in d. l. 9. dubium erat
 legatum propter summam diversam eodem testam. con-
 tentam, ita in d. l. 12. dubium erat propter repetitam
 summam in duabus scripturis, et ubi militabat hære-
 dii favor, ut debitor per defectum conjecturarum
 ex rep. d. l. 9. et 39. l. 10. §. ult. de Iure dorum, et ad-
 ducta num. t. ita et in d. l. 12. militabat ejusdem hæ-
 redi favor; et tamen ex eo quod in diversis scripturis
 summa repetita, et legata fuit, utraque debetur: q. pari-
 ter in d. l. 47. Utraque summa in legato debuit conti-
 neri, Velut in duabus scripturis contenta. Secundo
 opponi potest l. 13. hoc tit. ubi Iulianus ponit, quod si
 testator ita leget: Sejo cum ducentis, quæ apud eum
deponi, trecenta lego: non solum ducenta debeat, sed
 quingenta, et ita enumerationem summarum indu-
 cere multiplicationem, aut augmentum quantitatis,
 et hoc non obstante ambiguitate conjunctionis, nem-
 pe quod legans trecenta cum ducentis, quæ apud le-
 gatarium deponit, centum tantum legasse videtur
 propter ducenta deponita, et in totum 300: q. in specie
 Proculi similiter non solum 50. sed 150. legata videntur.
 Tertio opponi potest lex 44. §. 1. de leg. 2. ubi Pomponius
 ponit, quod si legatum hac formula relinquitur: Luci
ius Titius hæres damnas esto dare Titiano quingue
aureos, et postea alio loco: Plubius Mævius Titiano

quingue aurei damnas esto dare, n̄. solum quingue,
sed decem legata videntur quingue ab unoquoque, nisi
Titius primus hæres paratus sit probare adimendi
causa a Marcio quingue iterum Titiano legare: Et
ubi dubium est legatum propter eandem summam ei-
dem legatario relictam, et nihilominus non favorabi-
li interpretatio hæredi sumitur, ut solum una quin-
que præset, sed potius utraque summa debet: ergo in
Proculi specie tam una, quam altera summa ad le-
gatarium debuit expectare, et consequenter falsia Vi-
detur nra subsidiaria regula = Quarto Obicitur nostra
Regula, et Proculi decisioni difficili t̄. in l. 9. de
adim. leg. ubi Ulpianus subdit, quod si quis centum
pure legavit Titio, et iterum sub conditione centum
eidem, et alia centum existente conditione debentur.
quod si eandem summam pure relictam mutata Vo-
luntate sub conditione reliquit, pura datio condi-
tionali effecta est, et adempta pura datione, ab exi-
stentiã conditionis dependet, an substat. Ex quibus
infert, quod si in eodem testam̄, in quo centum reli-
querat, postea quinquaginta ei leget, si quidem alia
eius voluit centum, et quinquaginta debentur; Sin
vero quinquaginta tantum deberi voluit, hæc solum
debentur. Ex qua ultima parte sic argui potest: Ut
quinquaginta debeantur, et non centum, Requiritur,
quod hoc velit testator; sed in d. l. 47. n̄. constat de hac
Voluntate: q̄. nec quinquaginta legata videntur = Se-
cundo idem dicendum proponit, si in Codicilli relin-
quatur, sentiens quinquaginta tantum hoc casu deberi;
quam

l. 9. de adim.
leg.

quando quidem in eadem specie utramque quantitatem
 deberi legatario docuit Cuius in d. l. 12. de Probate
 Quinto potest ponderari lex 113. §. 2. de leg. 1. ubi Mar- §. 113. §. 2. de
 cianus ait, quod si quis a primo hærede centum lega- leg. 1.
 verit alicui, et eidem a secundo ducenta, legataque
 repetierit, trecenta videntur repetijisse. En ubi quam-
 vi ponit dubitari, an ducenta debeantur, et quod ma-
 iori quantitati minor innt. l. 1. §. 2. de Verb. Oblig. ta-
 men non minor quantitas debetur, sed trecenta: ergo
 falsa est decurio l. 47. de leg. 2. et consequenter falsa §. 88. §. 1. de leg. 2.
 etiam nostra Regula subsidiaria. Tandem potest pon-
 derari lex 88. §. 3. de leg. 2.

N. 10.

Hi difficultatibus, ut ordi- Resp. difficult.
 ne satisficiamus, observandum est, quod licet Variè adducti n. 8. et 9.
 ab Interpretibus suppositio Proculi in d. l. 47. de
 leg. 2. terminetur, tamen Verumimum est, accipien-
 dum Proculum non terminum secundæ casu, nempe
 quando duo sunt testam. ejusdem testatoris æque
 principalia, et originalia ejusdem diei, ita ut nullum
 principalius altero sit, sed ambo in authentica. quod
 fieri solitum indicat Proculus, et conreat ex l. 1. §. 5. §. 6.
 et 7. Secund. tab. l. 3. §. 1. de Tabul. exhib. l. 1. §. 1. de hu-
 que in testam. l. 29. qui testam. fac. §. 13. Instit. de Ter- §. 13. de Testam.
 tam. Sueton. in Octav. cap. 107. et in Tiber. cap. 16. junct-
 tu Goffredo in d. l. 1. §. 5. et 6. Goffred. in ea lit. X. Ho-
 thom. 4. observ. cap. 1. Balduinus, et Bachov. in d. cap. 13.
 Emerald. observ. cap. 50. Retei. 7. opusc. cap. 5. n. 4. et ad
 proxim notantei Paxera de Instrument. editione 11.
 Resolut. 5. n. 51. cum segg. Olea de Cessione tit. 8. §. 3. n. 11.
 In quibus terminum cum loquatur Proculus in d. l. 47.
 Reliquæ suppositionei adductæ n. 8. nullius momenti sunt,

et diversa potius quam adversa, et cum in uno maior
quantitas, in altero minor appareat, merito ut dubia dis-
positio recipit interpretationem in favorem heredi, et
nra Regula subsidiaria d. l. 9. et 34. l. 43. §. 1. de leg. 2. l. 75.
de leg. 3. ut recte antea docuerunt Baldus, et Immola in d.
l. 47. Gomez. 4. Var. cap. 12. n. 53. et n. 38. Reter. 1. opus. c. cap. 6.
n. 25. Unde inferunt Sorores, quod si in Protocollo relin-
quantur 100. et in Transumpto 50. tunc locum n. habet
nostra subsidiaria regula, nec militat heredi favor,
q. attenditur, quod in Protocollo, sive authentico scrip-
tum est ex reg. l. 2. de fide instrum. melior est. in l. 1. §. 7.
Secund. tab. ut in specie docuit Gomez d. n. 38. et 53.
ex Parladorio, Mantica, Menochio, Acebedo, et
alii notavit Ayllon ad d. cap. 12. n. 56. Nec remoratur,
quod in d. l. 47. testamenta velut dura scripturae con-
trariae nullius roboris esse, sed quod se invicem sub-
vertunt ex reg. l. 14. C. de fide instrum. l. 188. de Reg.
Iur. et solet notari ex l. 64. de leg. 2. Quia responden-
dum est, hanc regulam locum habere, quoties scripturae
in tenore, et substantia contrariae sunt, quomodo rec-
te intellexit Balduinus in d. cap. 13. Jacob. Gothofr.
in l. 188. de Reg. Iur. et in l. 2. C. Theod. de fide instrum.
ubi agit de intellig. l. 13. de Probation. l. 5. C. de Do-
nat. l. 2. C. Theod. eodem; at in d. l. 47. non datur
repugnancia in substantia, sed in quantitate diversi-
tae, quae ut Balduinus ait, non alteram substanti-
am, nec inducit contrarietatem, imo ut proprius
loquitur Cumanus in d. l. 47. quem sequitur Sarmen-
to in ea, nec in summa datur diversitas, cum ma-
iori quantitate minor inest. l. 1. §. Si stipulanti. de

L. 64. de leg. 2.

Verb. Oblig. l. 8. §. Si plures. de Recept. arbit. et solum
ait parcendum hæredi; quia cum dubium sit, an maior,
an minor quantitas hæredi debeat, semper minimum
sequimur ex reg. d. l. 9. et 34. cum supra adductis.

N. 11.

Nec remoratur lex. 12. de Pro-
bation. pro cuius intellig^a et superiorum Iurium no-
tandum est, quod si una quantitas bii, vel sæpius in
eodem terram. ab eodem testatore eidem legatario
legatario, non censetur multiplicata quantitas legati,
sed una tantum debetur. l. 34. §. 3. de leg. 1. l. 9. de
adimend. leg. nisi contrarium testator voluerit. l. 88.
§. 2. de leg. 2. admodum quo si res eadem sæpius in
eodem terram. legatur, ipsi legatario non bii, sed se-
mel debetur tantum d. l. 34. §. 1. l. 86. §. 1. l. 84. §. Si
Sempronius de leg. 1. l. 66. de leg. 2. l. 1. Si quis omnia
ca. l. 1. §. 14. de Dote præleg. l. 18. de Verb. Oblig. l.
23. §. 1. C. de Leg. §. Si res aliena. Instit. de Leg. et uno,
et altero casu esse potissime dicitur, n. sæpius eun-
dem testatorem legasse, sed sæpius locutum fuisse d.
l. 66. §. Cum qui. l. 42. §. 1. de Usu. leg. l. 113. §. Sed
si Pater de leg. 1. l. 29. de Iure dot. nisi etiam contra-
rium velit testator, quo casu et res, et estimatio de-
beretur, q. Regula familiaris quodam deservit Volun-
tati testantis, ut Regine, in quibus terminis proce-
dunt lex 44. §. 1. de leg. 2. l. 53. §. qui duos. de leg. 1. l. 28.
de Novation. ut præter Goffred. et Curac. in d. l. 34.
§. 1. et Donell. in l. 13. de Reb. dub. docent Gomez. l. Par.
cp. 12. n. 38. Petr. Barb. in l. 22. §. Si Pater soluto ma-
trim. n. 36. Menchaca de Succen. progressu. 3. tt. de Iure
accresc. §. 1. à n. 8. cum segg. ex eo Sarmiento, Arzobedo,
Menoch. Molina, et alijs notat Ayllon iub n. 44.

Interpretanti
Iura adducta
n. 9.

(et id confirmat L. 45. tit. 9. part. 6.) advertit, et faci-
unt Galb. de Usu. cap. 14. Bellon. de Iure accrescend. §. 9.
36. n. 22. Petes. 7. opusc. cap. 6. à n. 20. cum seqq. Quæ regula,
ut dixi, procedit quotiens in eodem testam. eadem quan-
titas relinquitur; aliud vero est, si in testam. relin-
quatur, et postea in Codicilli pariter legatur ipsa quan-
titas; nam tunc utraque debetur, nisi hæc contrarium
probet, quo casu procedit, et intelligenda est lex. 12. de
Probat. arg. l. 2. C. de Discussionib. ex mente Glouæ, et
Bartholi, quos sequitur Gomez. l. cap. 12. n. 38. v. Secus vero
ad differentiam rei in testam. eadem, et Codicilli se-
pius relicte quæ legata non intelliguntur. l. 86. §. 1.
de leg. 1. l. 66. §. Cum qui de leg. 2. ex ratione differentiarum
adducta ab antiquis Goffredo, Duareno, et Curacio in
d. l. 34. §. 1. Carondas. l. Veronimil. cap. 24. et ex alijs
Petes. l. cap. 6. n. 25. Ratio est, q. ex eo quod duabus scrip-
turis relinquuntur, elicuntur ab unaquaque scriptura sepa-
rata voluntas, et ex separata voluntate duplicatio
quantitatis, præcipue cum utraque scriptura sit Volun-
taria, quæ repetitionem legati inducit, arg. l. 88. §. 1.
de leg. 2. ad differentiam casus, in quo prima procedit
in debito necessario, et in secunda Voluntaria eadem
quantitas exprimitur; quia potius solvendi, quam
duplicandi animus creditur. arg. l. 29. de Donation.
l. 47. de operi libert. l. 18. de adim. leg. l. 67. §. 1. de
leg. 1. in quibus terminis procedunt l. 22. §. Si Pater.
Solutio matrim. l. 84. §. Cum pater. de leg. 1. l. 2. §. Am-
plius hoc de Dote præleg. et alia, quæ de horum Iuri-
um intellig. agentes congerunt Goffred. in d. l. 84.
§. Cum pater. ex pluribus Val. de Leg. tit. 3. tract. 5.
cap. 2.

cap. 2. n. 16. quamvis a l'it' Meia. 2. Var. cap. 9. et seqq.
Et conduci. t. cap. 11. n. 11. necn. Manu. 2. singular. cp. 10.
n. 11. Unde mirum non est, quod minimum, id est una
quantitas sola n. praeterit, sed duplicata in d. l. 12. quia
nostra subsidiaria Regula d. l. 9. et 34. adducta num. 1.
tantum habet locum, quoties ut expressa, aut tacita Vo-
luntas deficit, quo casu dubia dispositio dici nequit. d.
l. 50. 5. Pl. de leg. 1. l. 15. de leg. 3. et cum in d. l. 12. ex eo
quod in duabus scripturis reliquit, datur tacita dupli-
candi Voluntas, merito una, et alia quingenta debentur;
Aliud quippe est in d. l. 47. de leg. 2. ubi non duo testam.
sunt in substantia, sed unum Iure, ut fundari n. 10.
et ita deficit Ratio elicicndae tacitae Voluntatis ex du-
plici scriptura.

26.

Sed dicit, quod Codicilli pertinent ad
testamentum, et pro parte eius habentur, et Vires ex eo
capiunt, et stante eo conuincunt, et inuito concidunt, et
testamentum paruum appellamus. l. 3. 5. Pl. l. 14. l. 16.
ff. l. 1. C. de Iure Codicill. ergo non possunt reputari
pro diversis scripturis, ut ex hoc ponit sumi tacita
Voluntas duplicandi legatum. Sed respondendum, q' licet
Codicilli per suppositionem praeciam testamenti appen-
dici, et sequela testamenti dicantur, tamen revera
diversa scriptura a testam. est, et multa testam. dari,
aut adimi possunt, quae Codicilli non possunt, quod
diversitatis argumentum praebet, ut patet ex 5. 2. In re.
de Codicill. l. 4. et 2. C. eodem. 5. 10. Instit. de fidei comm.
hered. juncti Curacio ad African. in d. l. 14. Faber
Decad. 10. err. 14. Forner. 2. select. cap. 9. Donell. 7. cp. 18.
in fine, et cap. 19. ubi plura Osnald. l. 1. et M. Unde

N. 12.

Merito in d. l. 12. de Probation. duplicandi legatum ani-
mi praeiudicium ex eo, quod Vnaqueque summa in tes-
tam. et Codicilli inclusa essent = Sed adhuc obstat,
quod contrarium manifeste deducitur ex l. 18. de ali-
ment. leg. ubi testam. legata fuerunt, liberti eodem
testam. manumissi menstrui decem alimentorum
nomine, deinde Codicilli generaliter omnibus liber-
ti menstrui septem, et annui Verriarij nomine
denno legavit. Quaeritur fuit, an decem ex tes-
tam. et septem ex Codicilli peti possent. Et respondet
ex Codicilli tantum deberi, quia necesse fuit à
quantitate relicta in testam. eò quod in Codicilli eis-
dem legavit. Et faveat lex. 19. eodem: q. similiter in d.
l. 12. de Probation. ex eo quod Codicilli quingenta
legavit, necesse intelligitur à quingenti testamento
relicta = Cui difficultati respondendum est cum Dura-
eno in d. l. 34. S. t. à quo non longe, licet uno Verbo Go-
mez. t. Variar. cap. 12. n. 38. Retes. 3. cap. 6. n. 16. et facit
Castillo. 5. Contror. cap. 95. n. 26. hoc ideo procedere
in d. l. 18. quia relicta fuit quantitas non indefinita,
sed propter certam causam, nempe alimentorum,
quod facit, ut quantitas reguletur à causa, nempe
à fine alimentorum, quae necessitatem alimentarij
respicunt, non compendium, et ideo non duplicantur
ut summa. arg. l. 16. S. Basilica. eodem. l. 57. S. t. de
Usu. Secus ac in d. l. 12. ubi quantitas non fuit re-
licta propter causam, et ita nec ab ea regulari, nec
restringi queit. Sed iterum dici potest, si regularur
à causa alimentorum, ut etiam fatu Goffredus in ea
num. 1. q. causa non expleta, hoc est si quantitas re-
licta

l. 18. de alim.
leg.

licta in Codicillis non ut sufficiens ad alimenta non
 procedet decurio d. l. 18. et quippe beneficium nullum
 considerari queit libertorum, qui testam. manumiriunt.
 Nam plus est decem mensiuos percipere, quam septem, et
 deniuos annuos. Quare non improbabilitate dici potest, po-
 nendum esse, quod alimenta relicta in Codicillis suffi-
 ciebant, et a prioribus relicta receuue in Codicillis, mo-
 derando, et restringendo decem mensiuos antea relicto.
 Videndi pro latiori intellig. d. l. 18. et l. 16. §. 2. de aliment.
 juncta l. 20. in p. de fundo instructo. l. 28. §. Testator. de
 liberat. leg. a in ea inspectione, ex qua ex praesumpta Volun-
 tate speciei non derogat generi. Goffred. in d. l. 16. §. 2. et
 in l. 18. et in l. 9. de adimend. Sahagun in cap. de Res-
 cript. sub num. 29. Menoch. l. praesumpt. 128. ex Perrio, et
 alijs Carrillo. §. Controv. cap. 95. n. 26. et seqq. Retei l. opusc.
 in d. l. 16. §. 2. Nec obstat lex. 9. de adimend. leg. ubi in §. 9. de adim. leg.

etiam in Codicillis diuersa quantitas relinquatur, sup-
 ponit semel tantum deberi minorem summam, nisi alia
 fuerit voluntas testantis: §. saluum est, quod ex diuersi
 scripturis inducatur animus duplicandi legatum.

Commisit comminationem Goffredus in d. l. 9. Emmen-
 dauit Faber. §. Coniectur. cap. 18. quem Vericiz Retei. 7.
 opusc. cap. 11. et cap. 25. in fine, ubi ipse suauiter respon-
 det hoc provenire, quia summa contenta in Codicillis
 diuersi nummii conieat, et alia est a summa contenta
 in testam. Sed hoc non respondet cura cum sit diuersa
 scriptura sapiu n. deberet iuxta l. 12. de Probat. aut
 cur non deberet una, et altera, cum sit inaequali sum-
 ma. n. l. 13. de Reb. dub. aut cur in d. l. 17. de leg. 2. non
 deberet, cum sit inaequali utraque summa.

Pro huiusmodi enodatione N. 13.

§. 9. de adim.
leg. l. 13. de
reb. dub. et
alia explic.

Notandum est, controversium esse, an quantitates diversae
contentae in instrumento, vel testam. sapius debeantur? an
semel? Una avertit a ex eo, quod diversa quantitas
relicta sit, multiplicationem induci, et in eodem tes-
tam. relinquatur, multoq. magis in diversi scripturis
(in quibus etiam eadem sit quantitas, debetur. l. 12. de Pro-
bat. et supradictum) quam tenent Bartholus, Baldus,
Carrusius in l. Scire debemus de Verb. Oblig. Alciac.
in l. 94. eodem. n. 24. et plures alij antiqui, quos sequi-
tur Menoch. de arbitrar. 2. centur. 3. casu. 213. a n. 11.
et de Praesumpt. 1. praesumpt. 128. Gomez. 1. Variar. cap. 12.
n. 38. ubi plures Ayllon. Fundatur haec ss. in d. l. 12.
de Probat. quae non probat, q. loquitur de eadem summa,
et relicta in diversi scripturis, ut dixi, a quo pro-
venit eius ratio. iuxta dicta n. 11. et facit lex 2. Cod.
de Discussio. lib. 10. Secundo probatur ex l. 9. de adim.
Sed verè contrarium probat, siquidem exprimit con-
trariam voluntatem expressam: q. in dubio non huius sum-
ma debetur. Tertio solet probari ex l. 13. de Rebus dub.
Ex qua pro regula ponit Reter. 1. opusc. cap. 5. n. 25. Sed
ex mente Menoch. d. casu 213. n. 13. nihil probat, q.
loquitur de expressa voluntate testantis legantis. V-
tramque summam per conjunctionem. Contrariam
nempe diversitatem quantitati non inducere multi-
plicationem summae relictae, defendit sibi contrari-
us Bartholus in d. l. 94. de Verb. Oblig. num. 5. quam
sectantur Immola, Alexander, et Alexin. quem
sequitur Nevicanus consil. 96. num. 3. Moventur. 1.
Ex d.

ex d. l. 41. de Leg. 2. ubi diversa fuit quantitas, et nihil
 omnino semel tantum debetur. Secundo ex d. l. 9. iuxta
 ponderationem adductam in fine numeri antec. Ter-
 tio ex l. 21. de Verb. Oblig. ubi etiam diversa est quan- S. 21. de V. O.
 titas centum lotis a quantitate ducentorum promi-
 sia, tamen non utraque pari debetur. Quarto ex d. l. 18.
 ubi quantitas in testam. inclusa diversa est a con-
 tenta in Codicilli, et nihil omnino non duplicatur.
 Quinto ex l. 27. S. 5. de Pactis. In hac diversitate primam S. 27. S. 5. de
 opinionem verissimam iudico non solum quando in Pactis
 diversa scriptura, quo casu res caret dubio, sed etiam
 cum in uno, eodemque instrumento continetur, q.
 satis probat d. l. 13. de rebus dub. licet et alia ratio
 deducatur ex eo quod cum testator unus sit, dic-
 tione Cum voluit conjungere, non immiscere unam,
 et alteram quantitatem, ut voluit Donell. sub lib.
 8. comment. in d. l. 13. Menoch. casu 213. n. 13. quia
 dictio Cum accipitur pro copulativa, cum inter res
 legatas, aut personas ponitur. Arg. l. 36. S. 2. l. 8.
 112. S. 1. de leg. 1. l. 7. de Insti. accreic. l. 40. de Insti.
 leg. juncti Perro Fabio in d. l. 9. Morhom. illustra.
 quest. 44. Goveanus de Iure accreic. n. 12. Bellonus
 cap. 5. q. 16. n. 8. facit ratio ipsa. Nam ut a separata
 scriptura inducitur voluntas duplicandi d. l. 12.
 de Probation. ita ex diversitate quantitatis de-
 buit induci multiplicandi voluntas, ut tacite ag-
 novit Gomez. l. cap. 12. n. 38. Nec obstat d. l. 9. Nam
 omni solutionibus adductis in fine numeri antec.
 omnino etiam Menochio ubi supra, Respondendum
 est, V. l. m. non negare diversam quantitatem relictam

N. 14.

Vel in terram; Vel in Codicilli; Vtramque deberi, imò
hoc præciè supponit, et tantum aserere, quod ad hoc
ut inducatur ademptio in specie d. l. 9. requiritur,
quod expresse aliam summam esse velit, id est Vtram-
que legatam per medium probationi, ut in specie l. 12.
de Probation. in fine; aseruit enim in prælo, quod Si
quis centum quæ puzè reliquit sub conditione leges
Titio, non inducitur ademptio puzè quantitatis per
conversionem in conditionem, si aliam summam
esse voluit testator, sed Vtramque deberi hoc casu,
supponens, quod si hoc non appareat, inducitur
ademptio puzè quantitatis, et conversiva in le-
garum conditionale. Quod etiam docetur in l. 10.
de adim. leg. arg. l. 5. eodem. l. 6. Quando dicit leg.
l. 10. de Cond. et Dem. Quod clarius exprimitur
in Veri. Quod si, ubi deficiente probatione Volunta-
tis puzam donationem effectam conditionalem: quo
posito, et retento, infert, quod si in eodem terram, in
quo centum relinqueret, postea quinquaginta
leges, intelligitur pariter adempta prima summa,
et in minorem conversa, ut aserit in Veri. Sin vero
ita intelligendo, nisi aliam summam esse velit,
id est nisi hoc probare paratus sit legatarius, quo
casu Excluditur adimendi animus, et idem in
Codicilli esse ait; Nam et si ratione separata scrip-
tura Vtraque quantitas debeat. l. 12. de Probation.
ut dixi num. 11. hoc locum habet, quando n. relin-
quit secundam quantitatem sub commemoratione
demonstrativa ademptiva prioris legati. arg. d. l. 5.
de adim. juncto eleganti Belloni loco de Jure aceric.
cap. 5. quærit. 13. per tot. quo casu procedit d. l. 12. secus ubi

ubi relinquitur sub tali demonstratione, ut acci- 29.
dit in d. l. 9. ubi exprimitur in principio, et suppo-
nenda est præciè in Veri. Quare, Verbi grãa: Quæ t.
Titio legavi 50. lego, aut similia; tunc enim sive in
testam. sive in Codicilli relinquitur, adempta cre-
ditur prior quantitas, nisi contraria Voluntas probe-
tur, quæ Verum sensum huius desperati loci iudicet,
dum alius meliora fingit.

Tit. 15.

Qua supposita intellig.
Securè procedit altera regula, quod licet eadem
quantitas relicta in eodem testam. non intelligitur
duplicata l. 34. §. 3. de leg. 1. cum adducitur num. 11. hoc
non procedit, quando unam summam reliquit tes-
tator purè, aliam sub conditione, vel in diem, vel
cum aliqua qualitate, quæ non sit in prima; nam
tunc censetur quantitas duplicata ex suppositione
d. l. 9. in qua, ut dixi, propter clausulam ademp-
tivam non intelligitur duplicata summa, nisi ali-
ud fuerit probatum: ergo si insit prædicta clau-
sula ademptiva, utraque quantitas deberetur, nem-
pe propter diversam qualitatem in una, et altera
summa adjectam, quod voluit Bartholus in d. l. 9.
et ex alijs Gomez. t. Variar. cap. 12. n. 38. Menoch.
casu. 213. n. 26. et in foro commendabile est. Nec
obest opinioni nostra d. l. 18. de alimentari, q. licet
diversa sit summa, tamen eadem est causa, à qua
regulatur legatum, ut dixi num. 12. et notant plu-
rimi bonæ notæ antiqui, quos sequitur Menoch.
l. de Præsumpt. præsumpt. 128. n. 11. Nec obstat l. 1.
de leg. 2. Nam omnia solutione, quam ad hoc
ex Baldo, et Ruino adduxit Menoch. casu. 213.

Num. 14. dicendum ideo, Veramque summam licet
diverſam non deberi in d. l. 47. quia revera n. appa-
ret de diverſa ſumma; nam cum uno tempore, et
actu duo authentica teſtamenta confecta eſſent,
non liquet, duas quantitates eſſe relictaſ, ut acci-
dit cum centum lego, et poſtea duas quantitates
(quingenta eidem legato) quo casu utraque
ſumma deberi, ut dixi, ſed creditur eo quod unum
eſt teſtamentum, et non apparet quale attendendum
eſt ex mente, unum etiam eſſe legatum, et quale
ſit, dubitatur, Unde ſuccedit noſtra Regula ſubſi-
diaria, quod minor quantitas debeat. d. l. 9. et 39.
de Reg. Jur. l. 15. de leg. 3. et adducta num. 1. Nec
temeraria d. lex. 27. §. 5. de Pactu. l. 21. de Verb. Oblig.
quia ridicula ponderationi ſunt contra noſtrum
caſum, ut advertit, et ſolvit Menoch. d. cau. 213.
n. 17. et 18. et ad ſuum pro prima Videndi Cuiac. et
Faber, nec non Bachov. in d. cap. 5. pro ſecunda Donell.
et Cuiac. in ea, et eleganter Godeſ. de Contrahend.
ſtipulat. cap. 3. Concluſ. 5. a num. 55. et ſeqq. et a n. 74.
Pertinebant etiam ad eandem inſpectionem repetita
quantitatiſ elegantiſſimae in l. 19. §. 1. de annui leg.
juncti l. 16. §. 2. l. 20. de alimentu, et quae anno-
tarunt Goffredus in d. l. 19. §. 1. Cuiac. 3. Reſponſor.
Scevol. in d. l. 20. Menoch. 4. praeſumpt. 128. n. 10.
Merill. 3. prior. obſervat. cap. 16. Reſer. 1. opuſc. ad
l. 16. de alimentu num. 2. in fine. Nec faciunt
Reliqua Iura contra d. l. 47. et noſtram Regulam
adducta num. 8. Non quidem lex 44. §. 1. de leg. 2.
l. 113. §. 1. Si quis a primo. deleg. 1. Quibus reſpondendum,
quod

quod ea ratione summa duplicata debetur, quia
 a pluribus personis relicta fuit, ex quo inducitur
 voluntas multiplicandi legatum, ut agnovit Goffred.
 in dictis Iuris, Jasso in l. 34. §. de leg. 1. num. 11.
 Gomez. l. Variar. cap. 12. num. 38. ubi plures Ayllon, Re-
 tel. 7. opusc. cap. 5. n. 25. pag. 305. ubi maxime cum
 l. 11. Si quis omnia caa, et plene Menoch. de ar-
 bitrar. 2. centur. 3. casu 213. num. 22. ubi intelligit
 l. Si stichum. 5. Vlt. de Novat. l. 2. in prio. deleg. 3.
 et facit lib. 4. praeumpt. 118. num. 16. Eodem modo po-
 terat intelligi lex 88. §. 7. de leg. 2. nam diversa est
 persona substituti a persona heredi, et ita ex eadem
 Regula duplicata quantitas decem intelligendum
 in suppositione Consulit, sed Verè hic epitus nece-
 sarius non est, cum expresse in eo testator in duplum
 dare voluisset legatum a substituto, et cum quanti-
 tati reiterabili sit, mirum non est, quod viginti de-
 beantur ad differentiam eorum, quae reiterationem
 non admittunt, ut dixi num. 11. et notant Cuiac.
 et Duaren. in d. l. 34. §. de leg. 1. Retel. 7. opusc. cap. 5.
 n. 24. pag. 304.

N. 16.

Sed ut iterum vera notrix illatio-
 nis contrahamus ab eadem subsidiana Regula. Jun-
 to Num. 1. lucem accipit Papin. sub 19. quare ab Vlp.
 Relatus lib. 45. ad Sabinum in l. 19. §. de leg. 1. Pro-
 ponit initio legi Vlp. hac formula Relictum fuisse
 legatum: Si cui legavero his, semel heredi ei dato,
duas quantitates adscripserit, vel duos fundos, quare-
batur, an Verumque debeat, et ex Aristoni pla-
cito, Ceterique Marcelli ratione ait, verum tantum
Videri legatum; Nam quod ademptum est, nec datum
Videtur. Postea in d. §. ex Papin. subjungit, q. quis

Explic. l. 14. §. 1.
 de leg. 1. in qua,
 juncta doctrina
 Mantica. 6. n. 11.
 n. 26. conficitur arg.
 ex eo, q. testator plu-
 ra legata relinquit
 alicui, Videtur facere
 propter conjunctio-
 nem ~~omnium~~ eum,
 cujus respectu in-
 maximo, sed in d.
 l. 4. exp. quus debet:
 §. Prob. an unum
 ex non praelegati,
 et generari relic-
 ti. arg. l. 22. §. de
 Vni, et habit. Res-
 pondeo, dari ex-

pressam Volun-
tatem respectu
unius tantum
Legati, quod in
minimo verificat-
ur propter l. 9.
de Reg. Iuris.
l. 5. de leg. 3.
8

duas, aut tres quantitates inaequales legavit, puta
centum, et eidem legatario quinquaginta (quod pra-
cisè ponendum, alioquin nullum dubium esset) adje-
cit antea implementum testamenti: Semel praestari
velle, quod necessarium fuit, alioquin q. inaequa-
lis erat quantitas una, et altera deberetur legatario.
arg. l. 13. de Reb. dub. ut fundari n. 13. et 14. Quod evin-
cit intelligendum Papinianum de inaequalibus summis.
Nam alioquin ut dictum est num. 11. semel tantum
deberetur quantitas ex reg. d. l. 34. §. 1. et 3. de leg. 1.
sine eo quod necessaria esset ademptio. Quærit v. an
cetera legata per praefatam clausulam adempta sint,
cui respondet ipso Iure videri cetera legata ademp-
ta, nempe quia testamento, aut Codicilli testam.
confirmatis adimitur ipso Iure legatum, alias per
doli exceptionem tantum. l. 3. §. 1. de adimend.
leg. l. Siqui eum. de Vulg. l. militi. §. 1. de militari
testam. ad differentiam fideicommissi. d. l. 18. de leg. 3.
de quarum intellig. juncta l. 1. §. Sed Cui. de his que
in testam. del. ex pluribus agit Ramos in Rubrica
de Leg. n. 19. Porremo quærit,posito quod cetera le-
gata adempta sint, quod magis erit ademptum, et
quod praestandum, et ait Papin. posse dici exiguum
praestandum esse. Cujus decisionis rationem in eo
positam credidit Curac. 19. quærit. Papin. in d. l. 14.
§. 1. quod ageret de legato generali per damnationem
relicto, in quo cum electio sit heredi. d. l. 109. de
leg. 1. l. 10. de Vusu. accresc. l. 1. de tutico, ideo exi-
guum praestandum ait, q. non presumitur maximum
electurum ex l. 106. de Verb. Oblig. cum alij supra
adducti. Sed hæc sent. est divinatoria, et falsa;

divinatoria, quia non constat de legato damnationis, n. minimum eligi debuit, sed medium ex l. 3. et 110. de leg. 1. ergo de legato damnationis intelligi non potest Papin. quandoquidem exiguum praestandum a se verat. Rursus in quantitatibus, quia non datur affectio, quia semper una alteri simili non est locus, ~~non~~ ^{nec} commodum electionis. arg. l. 75. de leg. 3. ut agnovit ipe Curia. in l. 13. de leg. 1. in fine, et antea Goffred. in d. l. 14. Sed de veroque exemplo quantitarum, et rerum accipi potest Papin. quia et Vlp. in initio textus verumq. comprehendit: q. falsa est sent. Curia. imo et sibi contrarius est, ut mox aperiam in l. 3. S. t. de leg. 1.

N. 17.

Quare hac sent. omnia, Vera intellig. a l. 14. S. t. de leg. 1. et aliorum antiquorum eliminanda. l. 10. de Reb. dub. et aliorum. et nebulae Glava, et aliorum antiquorum eliminandi aserendum est, Papin. intelligendum esse de nostro legato dubio, quia de uno certo legato sensu testator. iuxta requiritum adductum sec. t. n. 6. et ex accidenti propter pluralitatem legatorum de eo apparere non potuit; Unde stante dubietate dispositionis merito recurrit Papin. ad normam Regulam, nempe quod exigui praestetur, ut n. in alijs speciebus dubie dispositioni adduct. in l. 29. S. t. l. 75. de leg. 3. l. 43. S. t. de leg. 2. l. 50. S. Vlt. de leg. 1. arg. Iudiciorum l. 29. de Solut. De intellig. l. 29. de Solut. poenalium, in quibus interpretatio minimi etiam admittitur. l. 35. de re iudicata. l. 3. S. Vlt. de suspect. tutor. Val. 2. et. 4. c. 3. n. 4. Donell. 5. cap. 10. l. 32. de Peni. Quam intelligentiam prius secreti fuisse uterque Raphael in d. l. 14. et postea Pet. Faber, et Iacobus Gothofr. in d. l. 9. de Reg. Iur. et quos magis voluit Curia. sibi contrarius in l. 3. S. t. de leg. 1. in fine. Et quippe suadetur fortiter ex eo quod d. l. 14. est Vlp. 19. ad Sabinum, ubi Papin. ^{revertit}, et ejusdem incipit

tionis est d. lex. 9. de Reg. Iur. ubi derumpta est nostra
Regula, quod in obcuris, et dubijs, Legatis, seu dispositio-
nibus minimum sequamur, quae pertinet specialiter ad
legata dubia, et coarctanda est cum d. l. 14. Unde recte
Ulp. per consonantiam sua Regulae ex Papin. avertit
minimum praestandum, ut uno verbo vidit Cuiac. in
d. l. 30. §. 1. et latius annotarunt Petr. Faber, et Jacob. Go-
thofr. ubi proxime. Sed contra praefatam Decisionem
solent aliqua Iura opponi, quae extra aleam diffi-
cultatis proxima sunt, ut lex. 34. §. Item. de Auro, et
arg. leg. l. Sub divers. de Cond. et Dem. Ex quibus n.
Video qualem sibi ponderationem confingere velit
Accursius, nam Verè difficultate carent. Apertius oppo-
ni solet lex. 10. Veri. Sed n. de Reb. dub. ubi si duobus
hominibus ejusdem nominis legetur, et uni adima-
tur; quia non apparet, cui datum velit, cuive ademp-
tum, utriusque ademptum intelligitur: q. similiter in
specie Papin. ab Ulp. relati in d. l. 14. §. 1. ademptio
respectu omnium Legatorum effectum debuit habere
ob eandem incertitudinem. Quod magis difficile
ex eo redditur, quod Ulpianus ipse in l. 3. §. 1. de
adim. leg. in eadem specie ademptionem in nullius
persona subire docuit. Hanc difficultatem late, et
non in subtiliter explicavit Goffredus in d. l. 10. num. 5.
cum multis seqq. et emendavit Donellus in ea, ali-
osque Auctores retulit Reter. 7. Opusc. cap. 5. n. 10.
Mihì semper placuit solutio Cuiacij in Recitat.
l. 30. §. 1. de leg. 1. quam antea ex antiquis Goffred.
retulit, nempe quod dicta lex. 10. Veri. Si duobus. inte-
lligenda sit de legato relicto duobus Sempronijs
Conjunctim una oratione, et postea ademptione facta

Sempronio, tunc in utriusque persona ademptio sub-
 sistit, q. quos conjunctis in dando, intelligitur in
 adimendo conjungere. arg. t. in l. 3. in p. eodem. at
 in d. l. 3. §. 2. separatim relinquit, et postea uni ademit;
 Unde non intelligitur conjungere per connexionem in
 adimendo, quos non conjunctis in dando, et cum sciri
 non possit, cui ademptum, neutri, ademptum creditur.
 arg. dationis. l. 10. in p. de Reb. dub. cum alij adduc-
 tis sect. 4. a n. 4. Ad secundam difficultatem respon-
 dendum cum ipso constituendam esse rationem diffe-
 rentiae inter res, et personas; Nam in his si non appa-
 reat, cui datum neutri debetur. d. l. 10. l. 4. et 28. eod.
 cum pluribus adductis dict. num. 4. et seqq. at in Re-
 bus et si non appareat, statim qua data, quare ademp-
 ta submittit. arg. l. 32. §. 1. l. 39. §. 6. de leg. 4. Ratio est,
 quia rei certificatio potest verificari, vel per coniec-
 turarum adductionem in l. 50. §. 1. de leg. 4. et sect.
 1. per totam, vel minimi praestationem. ex nra Regula
 subsidiaria, de qua num. 1. et cum Papin. de rebus agat
 legati in d. l. 14. §. 1. merito exiguum praestandum
 locuit; at persona legatarij omnino certa a prin-
 cipio esse debet d. l. 4. 28. 10. eod. l. 30. de tertam. aut.
 Nec circa eam locus est electioni heredi, q. uterque
 habet pro se voluntas testantis, et neuter habet pro se
 expressionem; Unde vitatur legatum propter incer-
 titudinem, ut latius dixi sect. 4. n. 3. et 4. quod non
 satis percaluit Cuiac. Solet etiam opponi lex 38. §. 2.
 de auro, et arg. Cui accuratam medellam ministravi-
 mus sect. 4. num. 20. cum multis seqq. Ponet etiam pon-
 derari iuxta inductionem Bartholi in d. l. 14. §. 1. l. 4.

58
Pro emptore, cuius etiam meminisse Glona, et videndus pro
ea Aryn in Rubrica de Vucapron. pro emptore n. 88.

N. 18.

Intelligit. l. 34.
de auro, et arg.

Acrius tamen,
et proximè decimo 88. norma Regula subsidiaria obicit
lex 34. de auro, et arg. ubi ponit, quod hares lancem ma-
ximam, minorem, et minimam, legavit lancem minorem.
Quæritur fuit, quæ lancis deberetur, cum non apparet
quam testator demonstrare voluisset, et respondet lan-
cem mediæ magnitudinis legatam videri: Et ubi du-
bium legatum est, q. non apparet lancis demonstrata; et
tamen non minima, sed mediâ deberetur: q. falsa est
nra Regula subsidiaria, q. in minimum in dubio debeat.
Ex l. 9. et 34. de Reg. Iuris. l. 14. §. 4. de leg. 1. cum adduc-
tu num. antec. et 4. In hac difficultate explicite Ac-
curs. respondet, primo posse intelligi iuxta consuetudi-
nem testantis, qui minore pro mediâ consuevit erat
uti. arg. l. 50. §. 1. de leg. 1. l. 24. §. 1. qui terram facere.
l. 15. de leg. 3. et plura adducta sec. 2. in prima conjectu-
ra, sed verè hæc divinatoria est, nec constat ex littera.
Secundo, et non inuicibiliter respondet, hoc ideo proce-
dere, q. testator maximam, et minimam in eodem tes-
tamento nominando, forte q. alij legavit, minorem postea
tertio reliquit; hoc enim casu dubio procul minor debetur,
Et confirmatur ex littera solutio; Nam non dixit tes-
tator minorem legavit ex his, quas habebat, sed ex
his, quas relinquebat: q. tres in eodem testamento legavit,
quod non advertit Glona, quocirca mixtum non est, q.
minor deberetur, quia ut Jacobus Gothofr. ait in d. l. 9.
non potest propriè dici legatum dubium, quotiens ex
propria vocabuli significatione menti testantis elici potest

potest. arg. l. 169. S. t. de Verb. Sign. l. 43. de Usu. Nec
 dicas, Cum dubium agnovisse; quia in fine dicitur, n.
 apparere, quam testator demonstrare voluisset; q. potest
 dubitare, an legando minorem, intelligeret de minore ab-
 solute ex his, quas reliquerat, quam recerneret a legato mi-
 nima facta, ut nimirum tertio legatario legaret; Sin
 minus hac accideat, potest etiam dici, nullam fuisse
 obicuitatem; quia qui minorem legat, habens maximam,
 et minimam, satis applicat sentire de media, quae mi-
 nor inter summum, et minimum extremum proprie
 dicitur: Qui dicendi modus latinus germanus est, et
 minor capiti deminutio dicitur, quae est inter maxi-
 mam, et minimam: Minor libertas, id est, media
 inter iustam, et deditiam minor ordo pro equestri,
 qui medius est inter plebem, et Senatorium apud
 Martialem. 4. epigram. 2. juncto lib. 19. epigram. 130.
 quod omnia Ramirez de Prado, annotaverunt Verè Cu-
 iac. 6. Obsev. cap. 39. et in l. 30. S. t. de leg. 1. Gothoffred. in
 d. l. 31. eleganter Petr. Faber in d. l. 9. et ad hunc sen-
 sum reducendus Iacobus Gothofr. in ea: manet ergo
 sive in secunda, sive in ultima solutione summas ni-
 hil obicere notare regula =

TC. 19.

Potest etiam opponi contra
 Regulam nostram lex 31. S. ult. de leg. 1. juncta l. 169. de v. s. l. 34. S.
 S. t. de Verb. Sign. l. 25. l. 60. eodem. l. 43. de Usu. et ult. de leg. 1.
 cap. 1. de Decim. in 6. Ex quibus omnibus deducitur, Oppon. l. 164. S. t. de v. s. l. 34. S. l. 43. de usu.
 quod parte fundi legata debetur dimidia; et tamen
 dubia est dispositio, et poterat intelligi de duodecima Facit lex 3. de ann. leg. juncto Donell. in l. 29. de v. o. n. 4.
 parte, id est minima facta in duodecim partes dimi-
 ssione. iuxta Reg. S. In re de hered. insat. n. 4.

Ergo falsa est nra Regula subordinaria, quod in dubio mi-
 nimum relictum cedatur = Sed respondendum, qd licet
 verum sit, parte fundi indefinitè legata intelligi de
 dimidia ex dicti Juribus, et l. 11. §. 6. de Interrog. l. 9.
 tit. 33. part. 2. ut ex pluribus generaliter agnoscunt Co-
 baxi. in cap. 19. Var. n. 12. A. Barb. de appellat. appellat.
 186. Vela dixer. 34. n. 50. Iul. Capon. tom. 2. disp. 100. et
 in specie d. l. 43. Faber in Nation. in d. l. 34. §. ult. Be-
 llon. de Iure accresc. cap. 1. §. 29. n. 81. et in d. l. 164. §. 1. pra-
 ter Cuiac. ibi. Ricci in adversar. cap. 4. a n. 3. tamen
 negandum est, hic aliquod dubium esse; qd ut rectè
 respondet Petri. Faber in d. l. 9. de Reg. Iur. manifesta est
 Voluntas; nam pars dicitur respectu alterius partis
 equalis, nisi aliud expressum sit. d. l. 164. §. 1. et
 cum si de minima intelligeretur, non daretur rela-
 tio alterius partis equalis, ideo necesse est de dimi-
 dia accipi = Dices, posse minimam partem dici respectu
 totius. Resp. posse utique, sed non credi in legando,
 qd legans partem divisionem pra oculis habet, et
 Relationem ad aliam partem = Sed quid, si dividet
 unam de pluribus partibus fundi lego; tunc si par-
 tei habuisset divisiones, ut in l. 86. §. 1. de leg. 2. Var. l. 1.
 de Reb. dub. de minima intelligerem; si vero n. divisiones
 habuit, dubium est; nam qui unam de pluribus parti-
 bus dicit, amplius quam duas supponit. qd n. dimidi-
 am legat, sed adhuc dicendum dimidiam deberi, quia
 plures dicuntur, et verificantur de plurali, et idem
 est ac si dividet unam de duabus; Unde non est receden-
 dum à Regula d. l. 164. §. 1. de Verb. Sign. cum sup. adduct.
 Possent etiam opponi per aversionem omnia Iura, quae
 electionem tribuunt legatario in legato re, ut sunt l. 20.
 et 34.

juncta doct.
 Gomez. 2. Var.
 cp. 11. n. 17.

et 34. §. pen. l. 37. l. 7. de leg. 1. l. 108. §. Cum homo. eodem. l. 19.
 et 23. de leg. 2. l. 25. §. Si incerto. famil. excoic. l. 9. de Servi-
 tut. §. generaliter. 22. Instit. de Leg. Et pariter ponunt op-
 poni Iura, quæ à contrario electionem tribuunt hæredi,
 ut sunt lex. 45. §. Sed n. stichus cum l. 109. §. 1. de leg. 1. l.
 10. de Vusu. accreic. l. 1. de excoic. et Vno. l. 26. de Ser-
 vitut. Ruric. Nam uno, et altero casu n. tu electionem
 tribuas legatario, n. v. hæredi, nunquam minimum ex
 præcissione præstatum, sed medium, ut indicatur in d. l. 37.
 et 110. de leg. 1. et tamen in plerisque ex his speciebus loquen-
 tibus de legato generico dubium est legatum: q. falsa est
 nra regula subsidiaria adducta num. 1. Sed pro solutione
 omisso latiori dicendi modo Antiquorum in d. l. 23.
 Glorie in l. 10. de Vusu. accreic. Anton. Gomez. t. Variar.
 §. 1. n. 43. et Forensium, quos ibi refert Ayllon. Petrus
 Barb. in d. l. 37. respondendum, priora Iura loqui de
 legato vindicationis, in quo ex voluntate testatoris elec-
 tio committitur legatario ex vi formulæ ad eum
 immediate directæ; posteriora vero loquuntur de le-
 gato damnationis, unde ex vi formulæ electio ejus est,
 ut exprimitur ab Vlp. in fragm. tit. de Leg. 5. Optionis.
 l. 19. de leg. 2. Curac. in his locis, et in d. l. 108. Baldun.
 in d. §. Cum homo. Omuald. lib. 8. Comm. cap. 9. lit. K. Cas-
 tillo de Vusu. cap. 2. n. 34. Mexill. lib. 2. posterior. observ.
 cap. 13. et 3. observ. cap. 10. et in l. 1. C. de Verb. Sign. et n.
 non appareat ex formula in dubio electio est hæredi.
 l. 24. de Vusu. leg. juncta regula quod electio fit de-
 bitiori in dubio l. 38. §. 1. de Verb. Oblig. l. 95. §. 1. de
 Solution. cum adductis, ut agentes de Conciliatione
 l. 23. de leg. 2. §. generaliter. 22. Instit. de Leg. hanc tuen-
 tur sententiam. docent acriter Caldas Pereira de Iure

Emphyt. lib. 2. quest. 6. à n. 62. Merillus d. lib. 2. cap. 13. et
in d. l. 4. de Vno, tritico, et oleo leg. Vultejus in d. 5. Gene-
raliter. 22. Inr. de Leg. et valide amplexantur frater D.
Didacus de la Serna de Generici cap. 3. à n. 12. quidquid
contrarium teneat Goffred. in d. l. 37. et in l. 14. §. 1.
de leg. 1. Faber. 6. Conject. cap. 1. Donell. 8. cap. 9. ubi Os-
wald. lit. R. Gomez. 2. cap. 11. n. 43. Castillo d. cap. 9. n.
34. Sed quoad nos prefata Iura non obstant; nam
legatum genericum cum diversum est à nro legato
dubio, ut latè fundari sece. t. num. pen. et ult. nec
repeto, et ita cum deficient terminis, sunt potius
adversa Iura, quam diversa. Pertinent etiam ad
nostrum tractatum de dubio legato ten. 43. §. 1. de leg. 2.
l. 29. §. 1. de leg. 3. pro quibus præter Gloriam, et Goffred.
videndi Gomez. 4. cap. 12. num. 54. ubi plures Ayllon
Olano. t. Paralypom. cap. 13. n. 18. Quibus ad horam
nostrum labori adventavimus contenti novam Pro-
vinciam peragere intra præcios terminos legati
dubij quoad res =



Finis coronat opus



UVA. BHSC

UVA.BHSC



UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA.BHSC

UVA BHSC